





1742.

1. Mantzel, Em. Jo. Fris: Programma, quo ad  
salemni doctoralia Johani Frackius Beselin  
iussitat.
  2. Mantzel, Em. Jo. Fris: De duabus vel tribus  
viris honestis in hypothecis, intimationibus  
et appellationibus subsidiariis attributis
  3. Mantzel, Em. Jo. Fris: De ratione status juris  
Sabaccensis
  4. Mantzel, Em. Jo. Fris: De fideicommissi fami-  
liarum qualitate feudo superaddita.
  5. Pries, Frack. Mus: De indole orationum  
ad captum vulgi.
  6. Anstorprius, Jo. Jacobus: De conciliata cum  
perfectione ac immutabilitate religionis natu-  
ralis existentia revelationis immediatae procepi-  
torum huius propriorum
  7. Seelen, Orator Simon Haericus, a: De jejuniis sabba-  
thico.
- 1743
1. Becker, Simon Haericus: Monita quaedam ad non  
nulla revelationis recentibus formata criteria.

1743.

2. Mantzel, Im. Joh. Frid: Programm, quo solemnia doctrinae Caroli Ludovici Muellerei indicit
3. Mantzel, Im. Joh. Frid: De stimulatione maiestatis
4. Mantzel, Im. Joan. Frid: Jus criminale Mecklenburgicum
5. Magohl, Truch. Ludolph: Dissertationes ontologicae, qua veritate: quod ens simplex limitatum remota assistentia haud insolvat contradictionem . . . demonstrationis de angelorum corpore proprio . . . apponit.
6. Anisbergius, Bernh. Frideric.: De acty voluntatis divinae eiusque necessitate libertati Dei haec inimica.
7. Schmidt, Joh. Petrus: De viginti bus baris
8. Schmidt, Joh. Petrus: De obligatione patris ad filios des filias.

1744.

1. Reperius, Angelicus, Tit. Van: De vulgarium  
aprosionum usu pratico.
2. Hering, Matthaeus Pleum: De iudice ecclesiastico  
secundum tit. 5 Ordinationis Consistorialis auge-  
prostanti, et Ghyantium mentes, tam in genere,  
quam in specie minime obligato.
3. Mantzel, Em. Fr. Frid: De limitibus art. 48 Coll.  
art. 17 part. 4 statut. Hamburg., qua patres in  
castigatione excidentium.
4. Mantzel, Em. Fr. Frid: De impedimentis generalio-  
gratis qua officia publica ad ord. jud. Tit.  
Pav. Meckl. et. jus sub.
5. Mantzel, Em. Fr. Frid: De iure ex usu
6. Mantzel, Em. Fr. Frid: In matrimoniale Mecklen-  
burgicum
7. Mantzel, Em. Fr. Frid: De coarctatione singulari  
inopie debitorum, jure Hamburgensi introducto  
et. 67 d. Spec. vng. die Falliten Ordnung. d. u. 1647

1744,

8. Roenberg, Bernhardus Huricus: De causa gravitatis  
ac motus planetarum in systemate nostro solaris







PROGRAMMA

NOMINE ET AUCTORITATE RECTORIS  
PRAESIDIUM UNIVERSITATIS  
DOMINI  
JOHANNIS JOACHIMI  
Beckmann,

DYOBVS KAL. JAN. 1784  
HYPOTHECA, INTENTIONIBVS ET  
APPELLATIONIBVS ADIBENDIS.

ANNO MDCCCLXXXIV  
MENSE JANUARII  
DIE PRIMAE QUARTAE  
VNI HISTORIAE LITERARIAE ET LIBRORVM  
MAGNA NOTISSIMA INURBANI, QUI MENTIS  
SACRATAE PRAELECTA

D. ERST ERST ERST  
POSTOCHI STANNO QUARRIAND





Pr. 41. num. 26.

19

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
DE  
**IMPEDIMENTIS**  
**GENEALOGICIS,**  
QVA  
**OFFICIA PUBLICA.**

1744, 4.

AD  
ORD. JUD. AUL. PROV. MECKL. & JUSLUB.

QVAM,  
DEO CLEMENTISSIME JUVANTE,  
INDULTU INCLYTI JURECONSUL-  
TORUM ORDINIS,  
IN ACADEMIA PATRIA,  
PRÆSIDE

PARENTE SUO VENERANDO,  
**DN. ERN. JO. FRID. MANZEL,**  
JCTO: COM. PALAT. CÆSAR. & FACULT. JUR. SENIORE

ATQVE AD H. A. DECANO,  
ANNO MDCCXLIV. D. XI. JUNII,  
IN AUDITORIO MAJORI,  
HORIS ANTE- ET POST-MERIDIANIS,  
**PRO LICENTIA,**  
IMPETRANDI SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES,

DEFENDET,  
**CASP. CHRIST. MANZEL,**  
ROSTOCH.

ACAD. & FAC. JUR. SECR. ADJ.  
ROSTOCHII,

Typis JO. JAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



DEBER TATIO JURISICA INAUGURALIS

DE  
MEDIAMENTIS

GENERALIORIBUS

OPTIMA PUBLICA

ORIGINE ET PROGRESSU

IN  
MAGISTERIO

IN ACADEMIA

IN  
MAGISTERIO

IN  
MAGISTERIO

IN  
MAGISTERIO

IN  
MAGISTERIO

IN  
MAGISTERIO

IN  
MAGISTERIO

IN  
MAGISTERIO

1770



SERENISSIMIS PRINCIPIBUS  
AC DOMINIS,  
DOMINO  
ADOLPHO  
FRIDERICO. III.  
ET  
DOMINO  
CAROLO LUDOVICO  
FRIDERICO,

FRATRIBUS, DUCIBUS MECKLENBUR-  
GICIS, PRINCIPIBUS VANDALIÆ, SUERINI ET  
RATZEBURGI, COMITIBUS ITEM SUERINENSI-  
BUS, TERRARUM ROSTOCHII ATQUE STAR-  
GARDIÆ DYNASTIS, DOMINIS SUIS  
LONGE CLEMENTISSIMIS,

HANC DISPUTATIONEM

DEVOTISSIME

CONSECRANT,

*PRÆSES & RESPONDENS,*

*PATER & FILIUS,*

X

SERE-

SERENISSIMI PRINCIPES!  
DOMINI LONGE CLEMEN-  
TISSIMI!

*Vestris Serenitatibus* hanc opellam offerri,  
jusserunt interni animorum motus. Po-  
stequam enim mihi, Patri & Præsidi, ea sin-  
gularis contigit felicitas, ut tantum non om-  
nes & singuli incomparabiles Viri, Magni, Il-  
lustres & Jurî atque Justitiæ litantes, qui or-  
nant *Vestrarum Serenitatum* Aulas, Terras  
atque Ditiones, mihi sint, ex commerciis imme-  
diatis, ut & ex concreditis expediundis nego-  
tiis, ceu Patroni, Mœcenates, Evergetæ & stu-  
diorum æqui Censores ac æstimatores cogniti,  
scio, qua dulcedine trahar, ut ne per diem qui-  
dem Strelitzii atque Mirovii queam esse imme-  
mor. Misi & ex hac mente Filium meum,  
ad hanc disputationem pro gradu Responden-  
tem,

tem, ex Illustri Academia Francofordiensi re-  
vocatum, ad *Vestrarum Serenitatum* Aulas, &  
novum mihi accessit argumentum, instinctum  
nostrum esse non sine numine. Vixi enim ego,  
Respondens Filius, per menses aliquot in *Ve-*  
*strarum Serenitatum* Aulis atque territoriis,  
tanta cum tranquillitate tantoque cum fructu,  
ut sexcenties fastus jam sim, melius, tutius &  
tranquillius nusquam vivi posse, quam in *Ve-*  
*strarum Serenitatum* protectione. Veneror  
devotissime *Vestrarum Serenitatum* clemen-  
tissimos vultus: Recordor Virorum Illustrium  
atque Celebrium patrocini & favoris: Tri-  
bus; uterque nostrum nucupat superiora. Spe-  
ramus etiam hinc veniam audaciæ nostræ &  
rogamus humillime, velint *Vestræ Serenita-*  
*tes*, serenissima, quæ Magnatum est, fronte, hoc  
sacrificium accipere & nobis eam felicitatis no-  
stræ summam concedere, ut liceat nobis pro-  
palam dixisse, *Vestras Serenitates* nobis cle-  
mentissime favere. Nos, quando alia sevitia  
non dantur, indefinenter venerabimur Deum  
T. O. M. velit *Vestras Serenitates*, cum Se-  
renif-

renissimis Domibus, gratiosissime tueri atque  
protegere, ut gloria *ADOLPHO-FRIDERI-*  
*CIANA & CAROLO-LYDOVICO-FRIDE-*  
*RICIANA*, in Fastis & Annalibus Mecklenbur-  
gicis, ad ultima seculorum usque, sit incom-  
parabilis,

His dictis se subjectissime commendant

**VESTRARUM  
SERENITATUM**

Humillimi Servi,

**MANTZELII,**





## DEO ANNUENTE.

**I**n via semel electa pedem promovens, post exantlatum, Indultu AMPLISSIMÆ FACULTATIS, examen, pergendum nunc est ad disputationem inauguralem, cujus thema, post varias fluctuationes & aliorum aliquales delineationes, substitit tandem in eo, quod exhibet præcedens rubri pagina. DE IMPEDIMENTIS igitur GENEALOGICIS, QUA OFFICIA PUBLICA, Benevolus Lector accipiet nonnulla, quæ ulteriorem limam aliquando, cum DEO experientur; Quod enim

A nim

nim ea indigeant, inter elaborandum vehementer sentio; si dixerit idem B. L. cur non prorogaverim, in gratiam melioris efformationis, terminum actus disputatorii, varia in promptu haberem reponenda; sed si gratiofus est, circumspiciendo, inveniet multa, quæ excusant institutum; si est alius, nulla eundem placabit vel mora, vel diligentia.

Dissertatio autem hæc naturali ordine est concepta, & quidem ita, ut

Cap. I. *Impedimentorum fundamenta atque rationes*, exponat.

Cap. II. *Limites impedimentorum, qua integra officia ambienda*, definiat.

Cap. III. *Limites impedimentorum qua officia exercenda*, determinet.

Cap. IV. *Miscellanea quædam, a themate non plane aliena*, exhibeat.

DEUS autem, qui est noster Protector, faxit, ut omnia feliciter cedant.

TRACTA-

TRACTATIO.  
CAP. PRIMUM  
DE  
IMPEDIMENTORUM FUNDAMENTIS ATQUE RATIONIBUS.

*ASSERTIO I.*

**I**mpedimenta genealogica, qua officia publica, sunt vel in iurium atque legum dispositiones, vel etiam bonæ consuetudines, vi quarum, & consanguinitas & affinitas, vel simpliciter receptioni obstat, vel qua certos actus, officii cessationem imponit.

a) In vocabulis nodi frustra quaerentur; Quid sit impedimentum & ipsa vis vocis, sistens pedes constrictos & ad eundem ambulandumque ineptos, lucidissime exhibet: Genealogica ea appellamus, qua monstrant nexus personarum per propagationes & conjugia: Officia autem publica sunt, concedita Ecclesiae vel Reipublicae gubernandae partes, ut verbis nostri Monarchæ Juris, ex epilogo ad cupidam legum juventutem directi Institutionum præmii, utamur.

b) Graduum prohibitorum appellatio familiaris est, qua materiam matrimonialem: Domesticitatem vocamus, in doctrina de testibus, eam etiam exceptionem, quæ vel inhabiles, vel minus idoneos facit testes consanguineos vel affines, quorum & conjugales nexus maximopere referimus, & omni casu, non solum qua volentes admitti, sed & qua testimonium detrectantes, pariter ac in aliis juris materiis, ubi quidquam horum nexuum ad rationes & in censum venit, vel

fimiliter, vel alias convenienter loquimur. Hac vice placuit impedimentorum genealogicorum arbitraria denominatio.

c) Digressiones ad alia facere impedimenta, qua officia publica invitaret ad scribendum vasta volumina; Eundem enim per officiorum classes, & a summis ad imas descendendum foret, & tandem nihil scripsissemus, quod non satis jam occupassent alii. Quandoquidem autem, vi textuum, in fronte dissertationes, maxime de Membris Collegiorum iustitiam administrantium & civitates regentium sermo erit, requirimus, ut Vir, ad eorum generum officia adhibendus, sit pius, honestus & vel doctrina vel experientia instructus, quantum satis pro conditione loci & causarum. Requiritur etiam, ut vitam viro sui ordinis dignam vivat. *Legantur tituli ff de Senatoribus § sequentes de variis officiis.* Placet ex illis excerpere sequentes textus: *Qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore, l. 4. de Senat. Credidit Princeps, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad ejus officii (Præfæcti prætorii) magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret judicatuus, l. un. §. 1. de off. Præf. prætor. Circa Advocatos patientem esse Proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur, nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores vel redemptores deprehendat, l. 9. §. 2. de off. procons. Sicuti Medico imputari eventus mortalitatis non debet, ita, quod per imperitiam commisit, imputari eidebet: prætextu humana fragilitatis, delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet, l. 6. ff. de off. præsid. Et quæ inter omnes eminet, ceu luna inter stellas, l. 19. de offic. præsid. Observandum est jus reddenti, ut in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patitur, unde mandatis adjiciatur, ne præfides promissuras in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant; nam ex conversatione equali contemptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum inlacrymari oportet, id enim non est constantis & recti iudicis, cujus animi motum vultus ategit, & summam ita jus reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeatur*

*gatur Venerandi inter nos Jcti Dn. D. Pauli CIESEN Joseph von*  
*Alimathia; Liber multo elogio dignus, multosque instru-*  
*ens. Vid. SIBRANDI Jura publ. urbis Lub. & Ansear. sect. 14.*  
*ubi singulas virtutes, vitiaque publicarum personarum com-*  
 *mendat & perstringit. Addatur consilium atque judicium*  
*Jethronis Exod. XVIII. v. 21, Siehe dich umb unter allem Volck*  
*nach redlichen Leuten, die Gott fürchten, wahrhafftig und dem*  
*Geiste feind sind. Quod ultimum requisitum omnium est no-*  
*tabilissimum, quandoquidem enim omnis avarus est corrupti-*  
*bilis, cætera textus habet. Conf. Consult. Nostri Dn. D. SEEG-*  
*NER gründliche Abhandlung des Lübschen Rechts Lib. I. tit. I.*  
*§. 25. verbis: Wegen der besondern Würde und Ansehen worin*  
*eine Raths-Person siehet, ist auch an vielen Orten gebräuchlich,*  
*daß wenn Kluge geschickte und erfahrene Männer zu Rath er-*  
*wehlet werden, deren bisheriger Betreib der Dignität eines*  
*Raths-Standes scheint entgegen zu seyn, selbige dieser ihrer Hand-*  
*thierung sich begeben müssen; wie solches bey Kramerh, Weinschen-*  
*ckern und andern observiret wird; Die alsdann ihre Handlung*  
*und Verkauf bey Kleinigkeiten angeben müssen. Recte! dedecet*  
*enim vita circumforanea & hæc cum per capita aliarumque*  
*mercium per individua divenditio. De urbibus celebriori-*  
*bis nobis sermo est, talia enim non nisi comparative & geo-*  
*metricè vera sunt.*

d) Qualia requisita famæ, religionis, natalium, veniant  
 in censum, ex singulorum judiciorum ordinationibus venit  
 eruendum. Exempla dabimus illustriora. Jus commune  
 arcet ad quævis negotia inhabiles, jurium plane imperitos  
 & infames. Vid. *Systemata tit. ff. de Judiciis. Conf. FESTINGII*  
*nostratis diss. an apud Romanos judices esse potuerint legum imperiti.*

c) De alia impedimentorum genealogicorum, qua offi-  
 cia publica, classe, vid. inferius ad assert. XI.

## ASSERTIO II.

Textus præsertim substrati, & totalem prohibiti-

A 3

onem

onem et restrictiones alias continentes, clarissime sunt concepti. Accedent qua assertiones specialiores fundamenta decidendi suis locis.

a) Jus commune non solum non habet prohibitiones huc facientes, quin potius contrarium statuat, vid. l. 4. 5. 6. ff. quod cuiusque univ. add. l. 1. C. de muer. & honor. l. 3. C. de fil. fam. add. l. 37. 38. ff. de LL. l. 9. ff. de his qui sui. Leg. BRUNNEM. ad dd. LL. LAUTERBACH *diff. de syndic. ib. 40.* & in Coll. Theoret. Pract. L. 3. Tit. 4. P. 13. WERNHER P. 2. Enunc. 454. ubi prejud. Plura inferius ad assertionem de admissibilitate voti, qua electiones. Intelligendi tamen non sunt textus Romani ultra casus substratos, qui sane non sunt trahendi ad Collegia Regiminum arctiora. Quare enim ex Romanis, num Pater & filius vel duo fratres potuerint esse, v. g. Consules? & alia canentur. Ea enim fuit celebriorum Rerump. prudentia, ut caverent a malis genealogicis. Venetique quidem duos ejusdem gentis, aut etiam consanguineos maxime necessarios, in eodem magistratu esse patiuntur, Vid. CONTAREN. *Lib. 1. p. 125.* Noriberge non nisi duobus ejusdem gentis senatum simul inire permittitur, LANGLÆUS *Semestr. 3.* Adui duos ex una familia vivo utroque non solum magistratus creari vetabant, sed etiam in senatu esse prohibebant, vid. JUL. CÆSAR *de Bello Gall. Lib. 7.* vid. hæc pariter accumulans exempla HERTIUS loco mox citando.

b) Mecklenburgica Ordinatio prostat in ILL. JUDICII PROVINCIALIS ORDINATIONE P. 1. Tit. 2. Von Geschichtlichkeit derer Versöhnen, des Land-Richters, Vice-Land-Richters und andern Beysitzern, verbis: Wir ordnen und wollen, daß unser Land-Richter, Vice-Land-Richter und andere Assessores --- sich untereinander bis auf den dritten Grad inclusive mit Bluts-Freund, oder Schwiegerschafft nicht verwandt sein sollen.

c) Textus conferendus est, in Tit. IV. Von des Vice-Land-Richters und andern Beysitzer Amt, §. Sie sollen, verbis: Sie sollen weder bey denen Advocaten oder Procuratoren, noch auch jemand derer andern Gerichts-Berwandten und vice

verg

verfa, diese bey jenen nicht zu Tische gehen, noch bey denselben  
 gen ihre Wohnungen haben. vid. ipsissima in ORD. ILL. CANC.  
 GUSTOV P. I. Tit. 3. §. 2. add. ORD. JUD. CAMER. P. I. Tit. 13.  
 §. 14. verbis: Bey ihnen im Hause wesentlich, oder in Kost haben  
 oder gehen. Conf. ubique ORD. ILL. CANC. SVER. de 1612. & 1637.

d) Clauditur prior textus, tam qua rubrum tituli, quam  
 qua ordinationem ipsam, signo abbreviaturæ dicendorum  
 confveto: Quid hoc vult, & quomodo ulterius legendum?  
 Quicquid sit, ad nostrum thema faciens nequidquam addi  
 vel suppleri posse, confidimus, quoniam versamur in restri-  
 ctionibus mere civilibus. Ergo de iis, quæ & per se clara,  
 atque ubique vera sunt, accipiendus est character ille, ni-  
 mirum de eruditione & moribus.

e. Textus JURIS LUBECENSIS antiquus, *Lib. I. Tit. I. Art. 5.*  
 ita habet: Vater und Sohn sowohl auch zween Brüder, können  
 zugleich nicht Rathmann seyn, noch geköhren werden; verstirbet  
 aber der eine oder vorzeihet sich, mit Wissen und Willen des  
 Raths, so mag man den andern, wenn er des Standes würdig,  
 wohl zu Rathe liesen. Accessit sub d. 9 Jan. 1669. ulterior ex-  
 tensio, in dem zwischen E. C. Rath und der Ehrliebenden Bür-  
 gerschaft errichteten recess. Juvat illam plenissime inserere: Erst-  
 lich: daneben an seinen des Raths dahin mit Fleiß gesehen wer-  
 den soll, daß der Rath völlig besetzt: Unter welchen allen aber  
 kein Vater und Sohn, keine zweene Brüder, keine Schwester  
 und Brüder-Kinder, auch kein Schwieger-Vater und Schwie-  
 ger-Sohn; Jngleichen keine Schwester-Männer, conjunctim,  
 und andere, welche in eben solchem oder nähern Gradu, einen  
 Verwandten (es wäre denn, daß er nicht mehr ad Conflium  
 kommen oder Dienste leisten könnte) im Rath-Hause haben, künfft-  
 ig im Rathe seyn, oder erwählet werden sollen. Jedoch sollen die  
 im jetzigen Rath theils also verwandte Verfohren in ihrem Ehrens-  
 stande, bis auf deren tödtlichen Hintritt, wiewohl ohne Conse-  
 quentz, verbleiben. vid. DN. MOSERI Reichs-Städtisches Hand-  
 Buch P. 2. p. m. 204. f. add. Autor der gründl. Nachricht von Lübeck.  
 Post hæc tempora cessant varia veterum Jctorum problemata,  
 vid.

vid. SIBRAND *ad artic. antiquum*. Omnia, qua affinitatem, accipienda sunt, de duratione vinculi, *conf. l. 3. §. 1. ff. de postuland. Leg. diff.* MULLERO - MANZELIANA *de mandato presumpco*. Quando enim e. gr. filia consulis elocata mortua, viduus consuli olim socero statim ad latus federe potest; idem dicendum de aliis casibus minoris per se momenti. Viridis & viva est in illustrioribus locis praxis, id quod ad caput sequens de limitibus etiam præoccupasse juvabat.

f) Textus illustrantes sunt *art. 7. 8. 9.* dicti tituli, inter quos eminet, ad hunc scopum, nonus, verbis: *Unter denen Bluts- Freunden und Schwägern, welche sich des Rathschlages wegen ihrer Freunde zu äussern schuldig, sollen diejenigen gemeint seyn, welche einander im dritten Glied gleicher Linien, wie in Ehe-Sachen, sowol der Blut-Freundschaft, als der Schwiegerschaft, verwandt seyn.*

### ASSERTIO III

Dispositio Ordinationis Provincialis non equidem absolute ad alia Collegia, sive juridica, sive civitatensia Magistratum, est trahenda; Introduxit tamen illius usum imitatio. Textus Lubecensis, quoniam spectat ad Jus publicum, non quidem potest in urbibus, jure Lubecensi dotatis, simpliciter & crude haberi pro recepto, Quo major autem rationis ejus est evidentia et universalitas, eo certius servatur. Ubique extra Lubecam, sermo nobis est de textu antiquo, quod in sequentibus semper idem erit.

a) Est qua Ord. Prov. Jud. prægnans præsumtio, quod ea, quæ Principi placere qua unum Collegium, placuerint etiam, qua aliud, ob evidentem rationis identitatem & perpetuitatem. Quandoquidem autem limites prohibentes latius quodammodo extendit, aliquid naturæ legis correctoria, qua strictiorem interpretationem, haud venit invidendum.

b) Ita de collegiis justitiam administrantibus; Qua urbium



bium Magistratus, praxis in facie totius patriæ passim recessit; Et recipimus in nos probationem, quod ultra lineam ascendentem in sola consanguinitate & ultra fratres nulla passim obstiterit religio.

c) Jus Lubecense, in causis Juris publici, non præcise obligare in locis, quibus concessum, amplissime deduxere celeberrimos Duumviri MEVIVS & SIBRANDVS: Qualibet fere civitas in hoc commate suis regitur moribus receptis; Placebat per inductionem, ex sumptuosa collectione ire, sed dissertatio non capit, Forte prodibit diss. altera, hanc paulo præfestinatam, poliens, emendans atque amplificans. De criminalibus legatur *diss.* STEMWEDIO-MANTZELIANA.

d) Distinctio inter receptionem & imitationem Jur. Lub. qua Civitates Meckl. sæpe negligitur male. Autoritas urbis invitavit multas ad imitationem hujus vel illius articuli, ergo in casibus emergentibus probatio venit imponenda illis, qui a particulis ad integram receptionem concludere satagunt. Dantur etiam consimilia urbium statuta ex plane accidenti, Vid. *Consult.* Dn. D. LUTKENS *diss. inaug. de ratione status Jur. Lub. sub hoc eodem præsidio hab. ass. 7. sqq.* Conf. omnino Jcti nostri de Curia meritissimi Dn. D. TADDELN *diss. de appellatione ad parem, passim.* Legantur Rat. decid. ad sent. prior. Lubzensem ante aliquot annos in Facult. Jurid. conceptam, in selectis Juridicis Rostochiensibus.

e) Scribit amicus quidam, in celebri patriæ urbe de bono publico meritissimis: Man weiß allhier zwar von feinen besondern Verfassungen etwas; doch hat man sich hierin jederzeit der Usance derer andern Meckl. auch auswärtigen Städte conformiret.

f) Nonnunquam in civitatibus Meckl. nascitur collisio volentium, tantum iuxta Jus Lub. antiquum, & statuentium latius juxta Ord. prov. Jud. esse judicandum; Inspiciantur retro protocolla electionum, quicquid enim fieri potuit, potest: sufficit etiam Observantia, in eo consuetudini opposita, quod, ne quid dicamus de requisito contradictorii, unicus sufficiat

B

actus.

actus. Sunt in manibus nostris exempla rescriptorum atque mandatorum nostræ Patriæ Patrum Serenissimorum, iam ab anno 1615. quibus mediantibus lites hujus farinae sunt determinatæ, & consequenter limites positi. Variant eadem pro diversitate supplicationum ad jus patriam Lub. vel observantiam respicientium. Thesis ubique manet: dahin zu sehen daß nicht zu nahe Versöhnen etc.

#### ASSERTIO IV.

Harum dispositionum rationes in civitatibus sunt numero plures, junctim & simul, hincque magis stringentes; In Collegiis, justitiam administrantibus, una plures vix dantur.

a) Immortalis memoriæ Jctus & Juris Lubecensis Interpres B. MEVIUS sequenti utitur deductione: *Prudenter cautum est, ut uno eodemque tempore parens cum filio, ut & duo fratres in senatum assumi non debeant; tum, ne unius vel alterius familia nimia potestas excrescat, leges subvertat, judicia supprimat aut eludat, sententiarum libertatem occupet, alios, imo ipsam Rempublicam, tandem supprimat, ut florentissimis Italia civitatibus exinde, quod plures ex eadem prosapia ad eminentiores dignitates simul ascenderint, periculose evenisse historia testantur; tum, ut aequalitas inter cives, honoris ac munerum pari jure capaces, citra invidiam & gratiam, conservetur; tum etiam ut consilia pleniora & ab affectu remotiora sint, quod vix contingere potest, quando plures ejusdem gentis, naturali affectione devincti, in causis se concernentibus discedere coguntur, in aliis pro affectu conspirare metuantur; tum denique, ne suos sepe indignos, præpostero affectu, per sequiora consilia liceat ad honores promovere, ad quos non ex amicitia, sed æstimatione vera & commodo Reipublicæ provenire publica utilitatis interest, l. un. C. si propter inimicit: Idem Romæ, Dio Libr. 39. Histor. & apud Venetos obtinuit. Contaren. Lib. I. de Re-publ. Borell. in præfat. consil. num. 102.*

b) Maxima inter omnes ratio est, quæ in civitatibus, iisque

que democratice gubernandis obtinet, cautela adversus Patriciam & degenerationem formæ Reip. in Aristocratiam. Finge enim, licere quæ cooptationem membrorum Magistratus arbitriam receptionem, & videbis, Patrem adfiscere filios, fratrem fratres, focerum generos, & intra paucos annos degenerabit Respublica ex una forma minus periculosa in aliam magis perniciosam. Desinent meritorum studia & præmia, atque extinguetur stimulus emergendi, adeo, ut plurima pars civium tantum non in oppressorum cohortem degeneret. Legatur in specie Rostochiensis STURZIUS in *Rerum politicarum præludiis disp. III. th. 4.* qui tamen in conceptu Aristocratia & applicatione ad Lubecam & Rostochium, & quidem ad utrumque hic Magistratum, censuram effugere non potuit.

c) Maximam autem dum illam appellamus rationem, magna etiam possunt esse alia. Adeo, ut in ipsis Aristocratiis non exulet prudens hæc ordinatio; Vid. HERTIUS *Elem. Prud. civ. 2. sect. 6. §. 25.* qui Aristocratiam aristocratice temperatam sibi concipit, & sect. seq. artificialiter depingit. Refertur solet illuc ambulatoria Magistratus conditio; sed illam habere suos nexos, Oligarchia & Ochlocratia majores, quis est, qui non palparet. Notetur graviter distinctio, inter aristocratiam successivam & electivam; Illa pestifera magis est, propter molliem illorum, qui putant se per natales sapere. Volvantur veteres recentioresque Politicæ scriptores, maxime autem HUBERUS & BOEHMERUS & quidem hic in *Jure publ. univ. P. spec. Lib. I. cap. 3. §. 99.* Si enim liceret inter Patricios recipere filios, fratres, generos, vel proximiores alios, facile excluderentur alia familia, pari tamen receptibilitatis conditione gaudentes, atque introduceretur dominatus cum quadam familiarum prerogativa, id quod insidiosas factiones & mala sat multa posset progenerare atque alere. Sicuti enim, ut Monarchia illimitata incommoda, magis accidentalia, taceamus, Democratia facile fit vitiosa Ochlocratia; sic & ex Aristocratia non bene ordinata, fit perniciosissima Oligarchia. Tuto remittere possumus Lectores, qua hanc assertionem generalem,

Politicae Scriptores quorum Patriarcha ubique est summus & cacumina rerum trutinans ARISTOTELES Eleganter omnia ad summam redegit HERTIVS in *Elem. prud. civ. P. 2. sect. 6.* Allegata historico-philosophica habet selectissima; Eminent CONRING Hist. Rerump. GROTI. *Lib. 3. Hist. Belg.* AMELOTI *del Governo de Venetia.* Tribus, non est vivenda vita opificum, quorum consortiis non solum non obstat genealogia, sed in quibus receptioni obstat neglectus ejusdem.

d) Hæc sunt, ad quæ respicit Mevius de Rebuspubl. pereuntibus differens; Quidni enim periret Respublica, quæ male regitur, vel per pauciorum politicè Optimatum, qui tamen moribus pessimi sunt, fraudes, vel per asinationes justitiam male administrantium: Quibus accedit obtinendi studium penes illos, quibus nulla inclarefcendi occasio, sed solum obsequium, in quo gloriam quærere non est omnibus æque gratum, relinquatur: Cui rationi tandem jungenda est & ea, quod Reip. magis intersit viros egregios fieri, quam nasci: stat enim sententia Ovidii *Lib. 13. Metamorph.*

*Et genus est proavos est qua non fecimus ipsi,*

*Vix ea nostra puto.*

Conf. SIBRANDUS in *imp. Civit. Jur. publ. P. I. Sect. 8. n. 10.*

e) In his dictis omnes rationes possibiles ordinationum continentur, ex quibus, in capite sequenti, de limitibus judicari posse, quis inficiabitur. Intacta videtur ratio illa, quod in quolibet collegio alter teneatur alterum excitare, & si quid humani passus sit, corrigere; id quod inter proxime conjunctos, ob coecum amorem non æque strenue fieri statueretur; sed adeo tenuis momenti est hæc ratio, ut potius queat inverti. Idem dicendum de argumento, quod, quoniam jura nostra sunt plena ubique controversiarum, complacendi occasio omni studio sit evitanda.

f) Quandoquidem nullæ assertiones in universum sunt absque rationibus dubitandi, ubique fateri debuimus, quod in mere civilibus versetur; Prodeat igitur qui dissentit, sed distingvat nobiscum & placabitur; Maximum ubique dubium est,

est, quod leges sint impares prohibendis amicitiiis, fraternis majoribus, qualem confortes dicimus: Gemüths-Freunde: Additur quod e re Collegiorum fit, Collegas, etiam per familiaritatem & convivia, intimiores inter se esse, unde majores, ut loquitur noster COTHMANNUS in Progr. de 1670. in ob. Stud. HÜTTEMANNI, omnium rerum exordium & finem voluerunt esse symposia, vid. Conf. Dn. D. SEZNER Abhandlung des Sächsischen Rechts, Lib. 1. Tit. I. §. 42. verbis: und vor allen aufrichtige Gemüths- & Freunde müßten ausgeschlossen werden; sed responsio est in promptu. Legatur omnino Dn. a. LEYSER diss. de Assentationibus Ictorum. SIBRAND. Jur. publ. Lub. P. I. Sect. 14. n. 28. qui contra Adulatores false detonat. Tribus: Veræ rationes si exquirantur, & argumenta dubitandi, maxime etiam illud, de non præcludendis honoribus & adimendis præmiis, cordate conferantur, de limitibus foris magis, quam vulgo, ad superstitionem usque fit, judicabitur.

### ASSERTIO V.

Dictæ atque deductæ rationes habent suos gradus: Tam inter se, quam intuitu linearum & conjunctionum conditionis, quam intuitu collegiorum civitatenfium, in comparatione cum collegiis Justitiam administrantibus.

a) Gradus rationum inter se determinentur ex gradibus periculorum atque malorum evitandorum.

b) Conditiones conjunctionum omnino diversæ sunt, quæ lineam rectam & collateralem & qua hanc in specie, quæ fratres eosque inter quos est respectus parentelæ, & tandem remotiores consobrinos. Diversa etiam sunt quæ consanguinitatem, quam quæ affinitatem pro medio termino habent, nisi hæc sit primorum graduum, ubi magis stringere & hæc impedire posset, quam remotior consanguinitas; e. gr. Es wäre mehr zu verhüten, daß nicht Schwieger-Vater und Schwiegerger

ger Sohn, oder zweyer Schwestern Männer aufgenommen wür-  
den, als zweene Brüder Kinder.

c) Et ut tandem dicatur, quod res est; Maneat legibus  
suis honor, sed quoad Collegia Justitiæ, ubi nulla oppressio  
Reipubl. vel similtas ob inæqualitatem civium metuenda,  
solumque assentationis vel etiam qualiscunque collusionis in  
pronunciandis sententiis periculum, pro ratione poni potest,  
ultra patres & filios prohibitione feliciter & tuto carere potest  
optima provincia; Aliqua tamen habita ratione diversitatis:  
Ob die Collegia selbst die vacanten Stellen besetzen; oder ob  
sie von anderer, bevorab höherer Hand besetzt werden.

#### ASSERTIO VI.

Rationes, qua caput tertium, nimirum officiorum  
exercitia impediens, evidenter illæ sunt, quas do-  
ctrinæ practicæ de iudice suspecto inculcant.

a) Amicitiam & inimicitiam ponere solemus pro medi-  
is terminis, & quidem priorem distinguendo in affectionem  
ad personam & causam; Legantur Practici ex professo tales:  
Volvantur scripta specialia, FELTMANNI, KLEINII & mul-  
torum ad idem tendentium: Conf. omnino novissima scripta  
eristica Jctorum: de ejuranda ejectione bonæ spei, ubi om-  
nes controversiæ, limitationes & ampliaciones. Tota res re-  
dit ad arbitrium tertii boni viri & ad prudentiam, qua unum  
vel alterum membrum, etiam absque fundamentis solidis, ad  
evitandum calumniam, exercendam. Qua juramentum per-  
horrescentiæ nondum recedimus a traditis in *Præfatis dissert.*  
*de verecunda cogitatione ejus, qui lites execratur, § 39. seqv.* nempe,  
quod, uni vel alteri membro, illud & sine allegatione ulli-  
us causæ queat offerri. Qua limites genealogicos ad hoc ca-  
put parum solliciti sumus in ponendis problematibus, vel ex-  
plicandis textibus. Tutius suspendit votum etiam qui remo-  
tior est, nam si & temere repudiatus se ingerat, nonnunquam  
eo ipso ex nova ratione fieri potest suspectus.

b) Quid in Repub. Romana juris, qua iudices pedaneos,  
ex

ex olla fortuna per fortem capiendos, ad vivum depingit O-BRECHT *de jure antiquo*, p. 154. *seqq.* ibique eruditæ annotationes RASSOVIANÆ.

c) Quod dentur etiam exceptiones suspectorum Commissariorum, Secretariorum, imo quarumvis personarum, ordini processus infervientium, facile concedetur.

d) De Testibus vel suspectis, vel non cogendis, idque vel obnexum cum producente vel producto, in folio scripsere alii & iterum resolvuntur omnia in arbitrium judicis, vid. III. de LEYSER *diff. de arbitrio judicis unico fundamento doctrina de testibus*, quæ est inter *Medic. ad ff. spec. 283.* Id maxime attendendum, quod decernens non debeat esse tam facilis qua testem, quam qua personam quandam judicialem; Qua hæc enim verum est: Nunquam deficit alter, sed testes sunt sæpe rarissimi. Atque ex hoc principio *coroll. 6. ad diff. jam dictam, de verecunda cogitat.* de juramento nimirum perhorrescentiæ adversus testem, praxin nunquam ingreditur. Quod autem ad truculentam illam exceptionem: si veritas aliter haberi non potest, quippe quæ facile devoraret omnes regulas, non vacat eandem tractare; satis erit dixisse, audiuntur tunc, sed valent cæteris ubique paribus, aliquando multum, mox aliquid, interdum nihil. Verum hæc obiter, quoniam, qua testes, cessat idea muneris publici.

e) In substrata, in hac assertione, materia, de impedimentis genealogicis, affectiones ad Personas tantum sunt in principio; sicuti enim nemo non est sui ipsius benignus iudex, verendum pariter, ne quis & sibi arctius proximiusque conjunctis sit benevolus. Quid pacta valeant, vi quorum filius-familias de re patris arbiter esse potest, vid. *l. 6. ff. de recept.*

f) Dicitur, posse e. gr. maritum contra, non pro uxore, patrem contra, non pro filio judicantem, recte judicasse, & stantur exempla, severissimorum iudicum genealogice proximorum; sed ex anomalis ne fiant regulæ; Et putaremus, casu emergente, posse & filium patri, & fratrem fratri & uxorem mari-

mari-



marito opponere exceptionem iudicis suspecti, vel si mavis se-  
veri.

g) In genere qua totam hanc disputationem nemini li-  
cebit distinguere inter causas civiles & criminales. Quando  
enim Const. Crim. requirit Judicem cum duobus Scabinis,  
nollemus suasores esse, ut v. gr. in iudicio patrimoniali pater  
& filius, vel bini fratres, assideant collegio; Defensorio enim  
ingenio daretur campus, & non semper absque pondere. Ca-  
veat enim iudex criminalis ne assentatores vel fungos aut sti-  
pites metuque reverentiali subactos sibi adjungat scabinos,  
quorsum, num referas, die Hofmeisters und Schreibers, nonnun-  
quam in actis inquisitoriis comparentes, ipse arbiter videas.  
Maxime autem indignamur, etiam ad effectum remissionis a-  
ctorum, si videmus, rusticos ut solum numerum, in fraudem  
legis, faciant, adhiberi; requirunt enim leges duos viros, qui  
sunt Schöpsfen, non vero Schöpsen: Agitur de ingeniosa &  
judiciosa assistentia in examinando & consultando, quis talem  
autem expectabit, a viris probis quidem, sed rerum gerenda-  
rum imperitis, & ex fordido palliolo virtutem forte latentem,  
ne quidem expromere audentibus, adversus imperiosum sa-  
pe & silentium imponentem despotam. *Add. B. KRESS.*  
*Comment. ad C. C. art. 4.* qui, de antiqua iudicum criminali-  
um conditione, annotat, quod debuerint esse *Siegelmäsig*, &  
non ex plebe opificum & operariorum. Placent omnia quae  
scripsit B. Autor praeter verba n. 9. *Hodie in iudiciis capitalibus*  
*scabini solennitatis causa fere adhibentur.*

### ASSERTIO VII.

Computatio graduum in hisce prohibitivis legibus  
est, qua provincialem, civilis, qua Lubecensem illu-  
strantem, canonica: Quod enim ad Lubecensem car-  
dinalem, antiqua non admittit hanc quaestionem; No-  
va exprimit personas, modo ad alteram, qua nuptias,  
controversiam, admittatur argumentatio.

a) Videtur quidem haec assertio reservanda ad Caput de  
limiti-



limitibus; sed fontica sunt, quæ generalioribus eandem adnumerant. Vulgatum est illud tratatitiumque, quod in omnibus casibus, non matrimonialibus, obtineat computatio civilis; si autem leges expresse respexerint, ad analogiam graduum, qua nuptias, prohibitorum, quid vetaret.

b) Est quædam doctrina, de diversa computatione, Iogomachia; Qui inter gradus & generationes, vulgo unter *Stießer und Schritte*: (Grad etiam civitati germanicæ jam donatum est vocabulum) distinguit, is utramque computationem facile laudat & conciliat. *Vid. Illustris Dn. de COCCEJI, Jus controu. Tit. de sponsal. qv. I.*

### ASSERTIO VIII.

Respublica non plane impar est medendis vitiis statificis, ad quæ respiciunt allegatæ Leges.

a) Objici solet, duos vel plures amicos, qui se mutuo & adscitio amore selegerunt, einige *Gemüths-Freunde*, posse arctius vinculum inire externum atque politicum, quam quale se inter fratres, ne dicamus alia, exserit: Dicunt, fratrum quoque gratiam esse raram, sed fiat, non quantum fatis, sed quantum potest. Et, quod ad rationem juris civitatis & democratici palmariam, ad assert. IV. deductam, omnino illa obtinetur, per dictas prohibitiones. Qua assentationes in justitiæ administratione quidem concedimus, fratres etiam compotatorios posse factiose & conjuratorie procedere; Potest etiam Promotoris Cliens in Collegio sæpe plus assentationis promotori, quam filius patri exhibere; Verum a magis accidentalibus ad magis consueta non licet concludere. Interea Caput de limitibus monstrabit, quod comparativa sit inter fines prohibitionis differentia, prouti & per Assert. V. rotunde est deductum.

b) Reipublicæ omnino interest, viros cordatos & se invicem acuentes propriisque oculis videntes ad clavum sedere: Oculi vident plus quam oculus: Nec feliciter regitur, ubi Gna-  
C
thonum

thonum Mitionumque omnia sunt plena. Urgetur merito publicum bonum, das Bestes der Stadt, ut stylo biblico appellatur. Sane Resp. Lubecensis præbet exemplar & collineant omnia ad scopum gloriæ & salutis Reip. *Zeg. superius allegata diss. LUTKENIO-MANTZELIANA de ratione status Juris Lub. Conf. singularia qua personas eligibiles earumdemque coactiones, cum clausula consilii abeundi. Quod scribentes, in bina incidimus corollaria. Alterum sit, quod narravit B. CONRINGIUS, juxta Mscr. s. t. mensæ secundæ Conringianæ, nimirum, quod juris sit in quadam urbe, resignationem officii publici ab abitu ex urbe non posse divelli: id quod rationis status severissimæ foret. Præbet nominatum sui temporis exemplum. Alterum sit, quod incidenter irrepfit das erste Stück derer weitern Nachrichten von Gelehrten Rostockischen Sachen, ubi nempe refertur ex progr. in ob Christ. Klinckmanns, Senat. Rostoch. verbis: Der Mann ward erst in seinem 68 Jahre zu Nahe erhoben. Wenn derselbe sich geweigert, hätte man doch das Lübsche Recht wol nicht anwenden können, in qua opinione adhuc persistimus.*

c) Responsum limitans de non cogendo Secretario, ut fiat Senator, datum ad casum Sundensem, a. 1706, pagina hæc non capit, capiet tamen illud opus proditurum, s. t. *Jus Mecklenburgicum & Lubecense, Decisionibus & Consiliis Facultatis Jur. Rost. illustratum. Cent. 1. Resp. 84.* In genere ad conceptum rationis status Juris Lub. legantur scripta Trium-Virorum Gryphicorum illustrium, Fautorum nostrorum æstumatissimorum, nempe DN. BALTHASARIS, *Collat. Juris Comm. Prov. & Lub.* DN. ENGELBRECHTII *diss. de eo, quod superioritatis territorialis in Jure Lub. & DN. SCHWARTZII de serie processus & provocacionum forensium.* Addimus, quod quæ de salvo conductu concedendo inter regalia Lubecensia referuntur, communiter arctius justo explacentur. Qua delicta enim imputata quilibet Magistratus, jurisdictionem criminalem exercens, potest concedere salvos conductus, id quod multa probant Judicia Facultatis Jurid.

Ergo

Ergo de indultis moratoriis magis cogitandum, si de parogativis differendum.

d) Descripturi duos vel plures, qui magis sunt concordēs, dicere nonnunquam solent: *Sie haben nichts mit einander zu theilen*; juvare videtur argumentum de majori a fratribus adscititiis quam naturalibus timendo malo, sed reducantur omnia ad statum regulæ, & non confundantur plebejæ mentes, cum piis & generosis animis.

e) Habemus varias leges, mala præcaventēs, quæ alia via queunt eludi, imo verum est, quot leges, tot fraudes & præsertim ubi nova lex, ibi nova fraus; Facimus tamen, uti jam dictum, ordinando, quod possumus, & arcemus, quantum in nobis est, occasiones peccandi: e. gr. Disponitur, *Bräut und Bräutigam sollen nicht in einem Hause logiren sein*; Ratio est, ut evitetur anticipatio concubitus; Objicitur false: *Sie müsten sich doch wohl zu finden, wenn sie sich verachen wollten*; Verum non vincit hac liquida objectio prudentiam ordinationis. Magna etiam est distinctio inter transgressiones legum, quæ statum publicum afficiunt, & earum, quæ privata jura alicualemque disciplinam lædunt: Unde rectissime HERTIUS *Elem. Prud. Civ. P. 2. S. 6. §. 26.* scribit: *pusillum in publicarum legum transgressionibus maxime caveatur.*

### ASSERTIO IX.

Exempla Rerumpublicarum, per consimiles ordinationes conservatarum, & contra, per neglectum hujus prudentiæ, turbatarum, juvant & illustrant.

a) B. MEVIUS scribit inter verba superius excerpta: *Ut florentissimis Italiæ Civitatibus exinde, quod plures ex eadem prosapia ad eminentiores dignitates simul ascenderint, periculose evenisse, historiæ restantur.* Quorsum respiciat non peræque nominatim nobis constat; Nec vacat omnium Rerump. speciales percurrere descriptiones, sufficit nobis, viam apertam monstrasse, & tantum asservisse, quod casus, si non dati, tamen valde sint dabile.

biles. Imo, quod civitates eapropter aratrum fuerint passæ, non est in themate; Turbationes autem & indignationes inde exortas fuisse, facile comprobaretur. Sed manum de tabula. Vid. Historia specialis tumultuum & intestinorum bellorum.

### ASSERTIO. X.

Patriciatus, Aristocratiam quandam invehens, ad eo periculosus fuit nonnunquam visus, ut, familiis Patriciorum emortuis, publica auctoritate fuerint aliæ ad patriciatum evectæ & extinctis substitutæ.

a) Diximus, vitium Aristocratia tum maxime sentiri, quando, ad paucos redactis patriciis, incipit Oligarchia. Finge, in urbe quadam esse decem familias, ex quibus nascuntur cooptabiles, & non deficit stimulus emergendi, de quo supra, nec tantum est periculum oppressionis, aliis cum aliis æmulantibus; Quamvis enim factiones possint tertiæ parti esse incommodo, tamen & bonum quoddam, potest ex iisdem redundare in publicam utilitatem; modo caveatur ab intestinis & civilibus bellis; sicuti enim inimicus est vice cotis, ut loquitur poeta, & magis sæpe nocent amici & applaudentes, quam adversarii & calumniatores, quoniam hi sæpe viros acciunt circumspectos atque solertes. Nequid nimis; Ergo non semper in gradu est vitium.

b) De Republica urbis Augustæ Vindelicorum, refert ex CRUSIO Autor der Nachricht von Augsburg, cap. 4. quod anno. 1539. tantum actio familiae patriciæ superfuerint; KNIP. SCHSCHILD I. mox citando asserit, quod suo tempore octo ad quatuor redactas deprehenderit; Hinc enatum, quod familiae nonnullæ sint patriciis, publica auctoritate annumeratæ, vid. dictus Autor p. 122. volvatur die Staats, Cansley. Conf. Lites Mulhufinæ.

c) Volvat, cui otium datur, historias Rerump. & urbium

um celebriorum, aristocratice regi solitarum, & habebit hujus doctrinae illustrationes. e. gr. Noribergae Patritii, die Geschlechter, distinguuntur iterum in Adelige oder Rathsfähige & Ehrbare und Unrathsfähige. Priorum numerabat Adamus PICARTUS, suo tempore 28, posteriorum 20. WAGENSELIUS, paulo aliter calculum faciebat. Vid. Ausführliche Beschreibung der Stadt Nürnberg, p. 67. f. Legantur historiae consimiles & ejusdem auctoris, & omnino MICH. PRAUN von denen Adlichen und Ehrbaren Geschlechtern in denen vornehmsten Reichs-Städten, item KNIPSCHILD *de jure Civit. imper.*

d) Ad evitandum mala, quae ex patriciatu, tantum dominante, possent enasci, in sat multis urbibus illustribus introducta est forma, ex aristocratica mixta numerusque optimatum cooptabilium clausus est sanctissime. Vid. Nachricht von der Stadt Ulm, p. 85. Nachricht von Augsburg, p. 116. Nec tamen ex illis urbibus exulat providentia, ne optimatum numerus, quia familias ex quibus feligendi, nimis arctus tenuisque fiat, Vid. lit. b.

### ASSERTIO. XI.

Faciunt ad hoc institutum nonnulla de crimine Ambitus apud Romanos.

a) Distinguebatur ambitus in licitum & illicitum & varia dabantur pallia, quorum primarium erant pollicitationes, quippe quae valebant factae ob honores a Republ. etiam impetrandos, vid. l. 1. ff. de pollicit: Quid per lenocinia factum sit, vetat renovare illud: *De mortuis non nisi bene.* Legatur vita Mæcenatis. Volvatur MENTETI KETTWIGI, *varia fortuna Liber, de ambitu antiquo & hodierno, Brem. 1695.* 8. in quo selectissima habentur exempla, add. WILLEBRANDI *Nostrasis, diss. de venditione officiorum.*

### ASSERTIO. XII.

Interest & Principes vigilare, ne a civitatibus mediatis

diatis & municipalibus negligantur ordinationes ejusmodi.

a) Si Principis prudentis est, æqualitatem inter suos subditos fervare, non solum in juribus partium simplicibus, ubi arithmetice & commutative procedi dicitur, sed & quando geometricè distribuenda veniunt præmia & honores: si facti- onibus simultatibus & tumultibus civilibus atque intestinis subtrahenda est materia, omnino vera asserimus.

b) Plebis & plebejarum, inauratis etiam palliis obductarum, mentium indoles est, justitiã administrantibus imputare vitia voluntatis, sive enim A. sive B. in lite succumbat, ut plurimum calumniæ in judicem effunduntur, ab eo, cui vel philavtia, vel justitiæ detestatio favorabiliorem promiserat sententiam; subtrahatur igitur occasio calumniandi ex systemate Magistratus vel judicii, constantis ex personis sibi conjunctis, hinc aristocratiam affectantibus. In genere, viri justitiã administrantes sint imperterriti, & pro simbolo habeant; quid si me: unde laudabilis fuit Græcæ Reip. consuetudo, examinandi nempe quemvis Candidatum hac voce: An tu potes ferre calumniam? Cuius enim importuno scurræ intentare injuriarum actionem implicaret damnosissime. Legatur III. BOEHMERI *diss. iniquitate & injustitia act. inj. cap. 9.* Quid Facultas Jurid. Rostoch. statuatur in casibus hujus furfuris, vid. *Fasc. I. Select. jurid. spec. 38. qu. 1.* Serenissimi Meckl. Legislatores promiserunt recte agentibus in *ORD. CANCELL. P. I. Tit. I.* Ihre wiederwärtige Calumnianten exemplariter abzustraffen. Conf. deductio spec. Facultatis adversus Goslariensem quendam malevolum p. 7. verbis: Eine Parthey wird doch von jedem Richter immer disgouffiret, weil einem jeden düncken seine Wege recht zu seyn; folglich ist das gleichviel, ob in Sachen A. contra B. es B. oder A. sey. Facultates juridicæ investivis justitiã fugientium vehementer sunt-expositæ. Putant enim sæpe, remedia interposita justificantes, ut rubra ferunt, sibi litasse, si Referentem, ut scribunt, diris proscindant convitiis. Legun-

guntur talia quotidie, sed subridendo ut plurimum; Nonnunquam ad effectum clausulae punientis novamque sententiam etiam reformatariam, ingredientis. Cogitant legentes: Hodie tibi, cras mihi. Dantur etiam Collegia, quibus aliquid consuetudinis, invidiose, vult imputari. Ut alia taceamus exempla, de hac Rostochiensis Fac. circumferunt, quod in criminalibus magis quam alia sit rigorosa; sed falsum esse testantur tot requisitiones etiam illustres & quotidianæ. Dicant, quid velint vel sciri, vel parum intelligentes: Hominum plena sunt omnia. *Conf. D. S. N. H. P. Observatio de Academicis Germanie in transmittendis actis caute excipiendis*, in quantum illa non est injuria.

c) De casibus Mecklenburgicis, Serenissimorum Patrum patriæ providentiam testantibus, vid supra.

d) In nonnullis civitatibus nostris sequi solent jus Lubecense antiquum, vel ex privilegio, vel ex imitatione; Quamvis enim tratatitium perque superiora constans sit, jus publicum Lubecense non præcisè valere extra Lubecam, hic passus, juris antiqui scilicet, tamen, quoniam, qua lineam rectam & qua fratres, quasi principia nobiscum nata conspirant, ubique pro pragmatico habetur, & quidem non tantum ad probandum, quod dictæ personæ non queant cooptari, sed ad evitandum ultiores exclusivas, quod probe notandum. *Vid. assert. IV. lit. b.*

e) Habent & quædam civitates patriæ specialia statuta, nec Ord. Jud. Prov. nec Jus Lubecense sequentia, de quibus inferius. Quatenus talia statuta fieri queant absque confirmatione, problema nobis erit.

f) Multorum Collegiorum multarumque civitatum Non-patriarum, vel Ordinationes, vel statuta, vel mores collegisse, ne quidem curiosioribus gratum fore existimamus.

**ASSER-**

### ASSERTIO XIII.

Impedimenta genealogica, qua officia publica etiam appellari possent defectus requisorum legalium, fundati in natalibus.

a) Non vacat de liberis naturalibus & spuris eorundemque admissibilitate ad honores differere. Indignamur nonnunquam confundentibus jura naturalium & spuriorum: *Vid. B. SCHOEPPFER Synops. Pand. tit. de Concubinis n. 7.* ubi Struyvis Strykiisque rectissime contradicit.

b) Olim, apud Romanos, graviter, qua officia, distinguebantur ingenui a libertinis: Quid hodie, ad omnia cantatur compendia. De jure antiquo Saxonico requiruntur *Schöppenbare freye Leute*, qui ab utroque avo & ambabus aviis sunt ingenui, *die ihre reine Ahnen beweisen können*; *vid. B. HEINEC. Elem. Jur. Germ. L. 1. T. 3. 7. 4.* ex glossa WEICHBILD. & SCHILTER *Comm. ad Jus Feud. Alam. C. 1. §. 15.* ubi de pluribus huc collineantibus disputat. Ante annum 1577. qui est natalis Ord. polit. Imp. nov. in statutis Fac. Jurid. distinguitur, qua admittendos ad gradus in jure, stante licentia concubina-  
tus, inter naturales & spurios.

c) Interdum non solum legitimorum natalium conditio requiritur, sed præterea probandum, quod cooptandus sit ordinis equestris & illustrioris, simulque certus numerus proavorum venit allegandus, *vid. Cl. DN. TELGMANN in opusculo nitido von der Ahnen-Zahl Cap. I. §. 7. sequ. & §. 23. sequ.* ubi, cum Juvenali, Ovidio, Gundlingio & Pfeffingero, detrahendo larvam, genuinam pingit nobilitatem, volvantur *Cap. II. & III. von dem Nutzen der Ahnen-Zahl.* De Republ. Veneta, artificiosissime aristocratica, scribit SCHURTZFLEISCH *de Regim. Venetorum §. 16. Ordinar a Concilio magno; Eo conveniunt Patricii universi, saltem conveniendi jus habent. Sed familia, imagines insignia ostendenda in antecessum.* Sunt hæc talia juris publici  
spe-



specialis. Communiter requiruntur: untadelhafte Geburt und Herkommen. Quid specialius, vid. e. gr. *Ord. Cam. P. I. tit. 3. §. 2. Reichs-Zoffrechts-Ordnung tit. 1. §. 1.* Conf. Capitulationes Imperatoriae, vi quarum Augustissimi promittunt, die Reichs-Haupter mit Adlichen Personen deutscher Nation, und von gutem Adel zu versehen. Add. HILDEBRANDI *diff. de probat. per stemmata general. c. 3. n. 4.* Legatur omnino *Exc. nostri J. Cui DN. SCHMIDII, nostri Fautoris colendissimi mibique Praesidi Collegae conjunctissimi, Diff. cultissima, de Jure Imperatoris circa conferendos honores.*

c) Si disputationis academicae pagina omnia caperent, multa sane se hoc loco offerrent ex venustissima jurium parte, nempe jure clientelari, sive feudali: Judicium Parium Curiae habuit sua requisita genealogica; Quoniam igitur quilibet ex ordine parium, tanquam iudex & Assessor in Collegio publico veniebat considerandus, placet annotare, daß das alte Mann-oder Lehn-Gericht in Teutschland keine Vasallen für tüchtige Pares curiae oder Lehn-Schöpffen, erkennet, wenn sie nicht von einem rechtfertigen Adel ihr Stamm-Registrier aufzuführen wüsten: Niemand durfte, verbis utimur Telgmannianis, so wenig im Lehn-als Weintlichen Gerichte, über eine Adliche Person erkennen, und ein Urtheil sprechen helfen, er war denn selbst von Adlicher Geburt und edlen Herkommen. Add. allegata ex LUNIGII *Corp. Jur feud. Tom. 2. n. 85. p. 1021.* & SPEC. SAXON. addatur TELGMANNUS de requisitis genealogicis, qua consultationes publicas, auf Land-Tagen. Conf BECHMANN. *diff. de Jurisd. parium, n. 26. §. RINCK de clypeorum ratione habenda, Sect. II. §. 12.* Quod caeteroquin in Consultationibus provincialibus publicis, de quibus HERTIUS scripsit, Patres & filii, septem etiam fratres ad conventus venire queant, notorie constat. Jung. eruditum scriptum GLA-

FEYANVM, *de Ministerialibus,*  
*Sect. 5. & 6.*

D

CAP.

CAP. SECUNDUM.  
DE  
LIMITIBUS IMPEDIMENTO-  
RUM, QUA OFFICIUM AMBIEN-  
DUM, VEL OBTINENDUM,

*ASSERTIO. I.*

**Q**uandoquidem Leges, impedimenta genealogica stabilientes, sunt quodammodo odiosæ, veniunt eadem iustis limitibus coercendæ.

a) De duobus fratribus coimperantibus, hoc loco quidquam monere, foret extra circulos, quoniam de officiis sermo est. Vid. Constitutiones Principum in quibus sæpe occurrunt Divi fratres.

b) Repetimus superiora de rationibus, nec ullam collisionem metuumus inter conceptus legis prudentissimæ & tamen refringendæ.

c) Interpretationes legum omnium fiant cum grano falis, ne vel argumentationes extendentes, vel excipientes, siue restringentes, degenerent in sophismata. Ipsæ leges correctoriæ & poenales una cum iuribus singularibus atque privilegiis habent comprehensiones quasdam, verbotenus non expressorum, & quidem maxime eas, quibus non admissis, incideremus in fraudes & absurda. Multæ leges ponunt exemplum, aliæ volunt concludi a minori ad majus, aliæ a majori ad minus. Reliquæ a simili, analogo, metaphora, &c. conclusiones fallaces sunt, imo spurix; Virum postulant singula. Legatur SIBRANDUS *Jur. publ. Urbes Lub. Sect. 18. n. 2.* & STEINIUS *ad Jus Lub. Lib. 1. tit. 1. S. 42.*

*ASSER-*

*ASSERTIO II.*

Stricta interpretatio nunquam efficit, vt tantum personæ, non vero gradus prohibeantur.

a) Manibus pedibusque arcemus hinc famofam illam matrimoniale[m] controverfiam : fubfiftimus in paucis. Lex correctoria est strictæ interpretationis, requirit tamen comprehenfivam explicationem ad evitacionem abfurdi. Ubi *provsus* eadem est ratio, ibi gradus etiam prohibitus, Conf. BOEHMER *Posit. de grad. matrim. §. 17.* Hinc in confanguinitate absolute, non vero affinitate præcise argumentari nos oportet : Rationem in diftinctione activi & paffivi quærendam effe, inductio fvadere videtur.

b) Datur in hac materia argumentatio, conf. textus Lub. *welche in eben solchen, oder näheren gradu - sed fiat eadem absque fophismate ;* Nec a conjugio, circa quod etiam a lubrico tutiori aliquid defendi solet, huc concludatur : Non enim de incestu vel turpitudine evitanda hic agitur, sed de mere politicis tantum luditur.

*ASSERTIO. III.*

Voces *Vater & Sohn*, in legibus lineam rectam in ascensu & descensu indefinite continere, temere negaretur.

a) Quicquid per integram disputationem, qua Collegas conjunctos dicetur, ferit tantum Collegia, quæ vel regunt Respubl. vel jus dicunt, in aliis nil vetat, Nec decori forte ratio, in casibus possibilibus, ubi filius patris caput emergeret, scrupulos injicit.

b) Negant hujus assertionis universalitatem in effectu, qui respectum parentelæ in causis matrimonialibus cum secundo gradu inæquali, ut loquuntur, absolvunt, atque ea fronte concedunt, ut quis queat ducere uxorem fratris sui neptem :



Nobis infinitus est ille respectus. Sed hoc erat diverticulum.

c) In quarto præcepto sub appellationibus patris & matris continentur & avi & proavi, aviaque proaviaque & sic ulterius, pariter ac descenditur per appellationes filiorum filiarumque; Idem stylus divinus biblicus & divinus in lege connubiali Lev. XVIII. venit attendendus. Vox *Großvater* & superiores non occurrunt in sacro codice, adhibetur tamen passim vocabulum: *Väter*. Verum & hoc ad parentheses referimus.

d) Filiis adoptivis collegiale consortium cum adoptantibus, plane denegamus.

e) Qui olim erat Curandus, hodie potest Curatoris fieri Collega. De præceptore & discipulo disputare quid juvat? In prudentia excipiendi adversus Academias juvat omnino: Audiatur, de criminalibus causis differens B. KRESS *ad art. 4. C. C. §. 4. n. 2. Nomen præceptoris, qui sententiam præcedentem tulit, vel auditoris, qui defensionem conscripsit, vel alius tertii, amici aut inimici in allegatis occurrens, æquilibrium inclinat aliquando, ut de Collegarum in ipso confesso mutuis irritationibus nil dicam.*

f) Fratibus compotatoriis arcendis quis par erit? Asserit equidem LINCK *in ingeniosissima diss. de fraternitate compotatoria §. 24.* quod jura, ratione affectionis inter veros fratres statuta, inter hos quoque obtineant: allegat textus & DD. sed non transeamus ad aliud effectuum genus, quam quod, qua testimonia, donationes, ultimas voluntates, quasi-procuraturas & similia deducitur. Nolumus tamen excludere casum prudentiæ, si darentur: *geschworne Brüder*, ut tales appellat WEHNER *in Observ. Pract.*

#### ASSERTIO IV.

Vitricus & privignus possunt esse Collegæ.

a) Gene-

a) Generalis hæc assertio, distinctionem inter vinculum præcedens & superveniens non requirit: Vteriora, quæ per Stief vulgo exprimuntur, multominus impediunt: consentiunt nobiscum interpretes juris Lubecensis.

b) Ab adoptivis ad privignos argumentum non reformidamus.

c) Venit passus ille sæpe in controversiam &, ne quid dissimulemus, responsum fuit aliquando, ex specialibus tamen Ordinationibus, contra illos, qui habent additum: Stief. Antecessores hujus Alma anno 1669. d. 1. April. responderunt dem sämptlichen Ausschuss und Bürgerschaft zu Malchin: daß ein Herr Stief Schwieger Sohn nicht könne zu Rathe gehöhret werden. Narratio facti hæc erat: Ew. s. s. können wir zu hinterbringen nicht umbhin, wie daß Anno 1617. diese Stadt Malchin von beyden damaligen unsern Landes Fürsten und Herren, Herrn Adolph Friedrich und Herrn Hans Albrecht, Herzogen zu Mecklenburg, anjeho christmilden Andenkens, durch verordnete Fürstl. Commissarios, weil damahlen einiger Streit und Mißverstand unter Bürgermeistern, Rath und Bürgern sürgesangen, gänzlich behandelt, allerdings verglichen und vertragen, unter welchen der erste Punkt s. s. gesetzt und beordnet, daß keine nahe Anverwandten, Schwäher und Eydam zweene Brüder, oder die zwei Schwestern geherrachtet, außserhalb besonders erheblichen Motiven und Ursachen, zugleich in den Rath dieser Stadt sollen erwählet werden. Nun ist es aber in dieser Stadt Malchin so weit gekommen, daß der ganze Rath durch Schwieger s. und nahe Blutsfreundschaft durch und durch sich verwandt sind s. dem alren ungeachtet hat sich B. u. N. unterfangen, einen, welcher einnes Rathsherrn Stiefsochter hat und die Mutter annoch im Leben, zu erwählen; Provocabatur ad transactionem & pergebatur: weil allen natürlichen sowol als Weltlichen Rechten zuwider, den ganzen Rath in einer Stadt mit Blutsfreunden und Schwägern zu besetzen, dahero leichtlich eine total-Unerdrückung der gemeinen Bürgerschaft und gänzlich ruin der Stadt causiret würde, wie denn auch neulich solches annoch in der Kayserlichen freyen Reichsstadt

Stadt Lübeck von den Kayserl. Commissariis constituiret, daß keine Bluts-Freunde, bis in des vierde Glied (Grad vid. supra extractus recessus) in den Rath daselbst sollen zugleich angenommen und erwöhlet werden. \* \* \* Hinc quaestio: Ob nicht der Stiefsohn unter dem in unsern Fürstlichen Privilegio und Vergleich gesetzten Nahmen: Schwäher und Eydam, mitbegriffen.

Resp. pro consulentibus, daß der benannter Stief-Schwäger-Sohn unter dem in dem Vergleich gesetzten Nahmen, Schwäher und Eydam, mit begriffen. Rationes sunt in votis trium virorum & fundant se in arbitraria interpretatione vocum: Schwäher und Eydam: Urgetur primus gradus affinitatis & putatur, lege non distingvente nec Ictorum esse distingvere. Sit responso honor suus salvus; Monemus autem, regulam illam: Lege - - in ordinationibus adeo singularibus non præcise adhiberi posse.

### ASSERTIO V.

Respectus parentelæ de jure antiquo Lubecensi non obstat: Hodie omnino, argumento a consobrinis per se & in textu evidentissimo. Ordinatio provincialis est lucidissima: Non autem præcise subsistit, respectus ille, cum gradu tertio. Vid. Aff. III.

a) Qui, qua Ord. Meckl. dissentient, urgebunt verba: bis auf den dritten Grad inclusive: sed liceat nobis, salvo priori iudicio, statuisse, quod scopus primarius sit, admissibiles declarare quarti gradus conjunctos, scil. Brüder oder Schwester-Kinder, quippe, de quibus alibi locorum prohibitis, occurrere possent quaestiones, quamvis eorum vinculum amicitiae & familiaritatis, non multi ut plurimum sit ponderis, nisi specialis occasio, qualis & inter alios, non gente sed mente conjunctos, accesserit. Ad casum rariorem autem; da einer in ein Collegium recipiret würde, darin seines Groß-Vaters Bruder sitzet, diserte respicere, Legislator forte superflu-

um

um censuit ; si autem in emergenti unquam avthentica interpretatio fuerit petita, putamus, pronepotem ex fratre pro tempore hac ipsa lege excludi.

b) Quamvis Jctorum schola, nepotes ex fratribus appellet eos, quibus parentum fratres sunt instar patrum ; In hac materia tamen incestuosa illa locutio nullius est effectus, Vid. SIBRAND *d. l. de jure antiquo Lub. differens.*

c) Quoniam Ord. prov. diserte etiam affinitatis rationem haberi vult, ponantur casus possibiles & e. gr. amitæ vel mariteræ maritus impedimento erit uxoris ex fratre vel foreore nepoti.

### ASSERTIO VI.

Inter fratres germanos, sive bilaterales & unilaterales, sive sint consanguinei, sive uterini, Praxis non distinguit.

a) Dicitur, vinculum duplex stringere fortius quam simplex : Dantur etiam forte gradus amoris, quos & leges de successione pro principio ponunt. Est porro consanguineorum conjunctio, nomine & insignibus magis palpabilis, & quo illustriora sunt jura, Publicum sc. & feudale, eo magis sunt in consanguineis fratribus, præ uterinis, conspicua ; Vid. nostratis RADOVII *diff. de jure fratrum equatorio.* LAVTERB. *de magis dilecto.* Add. *selecta Jurid. Rojt. fascic. 1. Spec. 23. qv. 3.* Sed in casibus graduum prohibitorum, qua conjugia & testimonia nunquam concedi solet diversitas. Leg. SIBRAND. *Jur. Publ. Lub. ad art. Princip.*

b) Comprivigni, etiam per unionem prolium civiliter juncti, possunt esse Collegæ : De illis autem loquimur, qui vere sunt comprivigni, i. e. vidui & viduæ conjugium ineuntium filii, jam ante illorum nova vota existentes, quippe inter quales personas, si filius vidui & filia viduæ, vel contra, ambiant matrimonium, nihil tentatur prohibiti, vel etiam dispensationem requirentis ; Quoties enim duo masculi & duæ femel-

femellæ, ex diversis alias stipitibus, sunt in eo statu, ut una die possint nuptias inire, toties non est metuenda prohibitio. Et si nups, post liberorum ejusmodi conjunctionem, eorum parentibus placere copulam: Quid tum?

c) Quod autem ad illas personas, quas jungi vetat textus Lev. XVIII. v. II. nimirum die Tochter des Vaters Weibes, welche dieselbe nach der Ehe mit dieses Menschen Vater aus anderer Gemeinschaft geböhren; Casus est ad hoc thema plane inhabilis. *Conf. Praesidis Med. ad. ff. sacras med. 64. ad V. T. VALAND ad legem connubii Lev. 18. II. p. t.*

### ASSERTIO VII.

Qua foceros & generos, textus Mecklenburgicus est clarissimus: Lubecensis antiquus varie explicatur; Hoc verum, quod distinguendum sit graviter: Maxime inter Collegia, justitiam tantum administrantia & Rempubl. quandam per omnia gubernantia.

a) Quoniam argumenta hujusmodi prohibitionum, desumpta a periculo aristocratia & inaequali promotionis favore, sunt majora iis, quæ ab assentatione depromuntur, facilius focer & gener admittuntur ad Collegium justitiae, quam ad clavum Reip. una & simul tenendum; Et si hoc verum, non subscribimus illis, qui generos admittunt; ad dominatum enim parari via potest, per tales arctioris nexus asseclas. In litibus indifferentibus, ex quibus five A. five B. vicerit, vel succubuerit, sententionantibus, quod ad personas, idem est, nec a filio assentationem metuemus; multo minus a genero. Filii reverentia erga Patrem, perpetuum Juris Naturæ & Gentium vinculum immutabile pro fundamento habet; Qua generos autem, magis est civilitatis tantum, quicquid observanter fieri videtur; saepe enim beneficium generi erga focerum, ducendo ejus filiam, majus est, quam hujus in elocando; Quoniam autem omni casu, datur nexus haud contemnendus, legibus prohibentibus maneat suus honor, modo magis rigore



rose respiciatur ad regimen Reipublicæ, quam ad Collegium Justitiæ.

b) Ex plurimarum tam patriæ, quam aliarum provinciarum civitatum, sive interpretatione textus Lubecensis receptitii usuali, sive arbitrante Philosophia, non admittuntur simul der Schwieger-Vater und der Schwieger-Sohn.

c) De ulterioribus problemata formasse, deficiente jure universaliter stringente, otiosum foret. Navavimus operam ex variis urbibus conquirendi stylos, sed undique respondetur: *Ausser Vätern und Söhnen, zween Brüdern auch Schwieger-Vätern und Schwieger-Söhnen, werden alle übrige Verwandte, tam agnati quam cognati & affines, indistincte zu Rath erkohren.* Ferat dissentiens onus probandi, & ita ferat, ut sufficiat. Fontes probationum nullos alios habere potest, quam legem & exempla non interrupta.

d) Non excludimus his dictis ulteriorem exclusivam possibilem, quis enim omnium urbium mores indagavit; si datur consuetudo, de rationabilitate ejus disputare non vacat, prouti, qua Collegia justitiam administrantia, nefas foret, per superiora,

### ASSERTIO VIII.

Affinitatem supervenientem non turbare jura quaesita, constans est praxis.

a) Aut gradus prohibitus conjugalibus ex hoc commate Juris veniret effingendus: Aut ad resignationem alteruter obligaretur. Utrumque foret, quoniam in genere rationes, qua affinitatem sunt debiliores, inconveniens, ne quid durius dicamus.

b) Qui aliquando ex dictorio: die Ehen werden im Himmel gemacht, huic exceptioni lucem afferre voluit, ulteriorem principii & conclusionis suppeditet, rogamus, elucidationem.

c) Num queat distingui inter casus jam ante conjugium præmeditados vel prævisos, & alios fortuito incidentes, ad effectum detegendæ collusionis in fraudem legis; quaestio est

E

magi-

magistralis; In genere impar est legum providentia his emergentibus & quoniam, eeu jamjam dictum, qua affinitatem, tota jurium substratorum dispositio non tanti, quanti ea, qua consanguinitatem, est ponderis, transeat hæc limitatio, vel exceptio, cum cæteris. Quo latior est statutaria prohibitio, eo frequentius venit hæc assertio in censum. Vid. Recessus Lubecensis. it. casus ille Malchinensis, de quo Assert. IV.

### ASSERTIO IX.

Multi possunt fingi casus possibiles, quos ex analogia & argumentatione dirimet æquus arbiter.

a) Pragmatice semper distinguitur inter lineas diversas & inter consanguineos & affines. Casus consanguinitatis facilius exhauriuntur exemplis & extrema, quam hæctenus observare licuit, est prohibitio Recessus Lubecensis, arcens consobrinos primos, salvis statutis superius allegatis in Rebus publ. quibusdam simpliciter duos ex una gente non admittentibus; Quod evidentissime de consanguinitate erit accipiendum, quoniam affines arcere simpliciter non licet. Ponantur casus, quot velint, arbitrabimur. Casus sunt infiniti, de quibus in civitatibus quæstiones motus fuisse testatur chartularium Facultatis Jurid. hujus Academia: Interdum enim voluit admitti membri Senatus Schweser Mann, interdum vero alicujus Frauen Bräuer; sed distinguantur invidiosa a solidis, salvis legibus & statutis. Est e. gr. inter casus matrimoniales, ille, de quo agit GRIEBNERUS in *Medit. probab. de prohib. conj. cum noverca matre*; Fiant termini habiles & quærat, an quis simul cum Vitrici patre queat esse in eodem collegio, & respondebitur ex Assert. III. ita ut fiat argumentum: quoties in denominatione personarum NB. affinium præfixa est Vox: Stief, toties nulum datur impedimentum genealogicum qua officia publica.

b) Significanter posuimus de Voce: Stief, in affinitate adhibenda; Debit idem fieri propter errorem, fratres etiam unilaterales, Stief Bräuer appellantes. Errorem dicimus, nam verum vocabulum est: Halb Bräuer.

c) Omnes

c) Omnes prohibitiones ex affinitate, quas leges expriment & intendunt, sunt arctioris vinculi; focerum enim & generum, duarum fororum maritos & similes intimiores, si leges eousque progrediuntur, voluntque ut pro conjunctissimis habeantur, in applicatione judiciaria, dissociamus; sunt enim mere politica.

*ASSERTIO X.*

Num detur, qua gradus prohibitos, dispensatio, ardua est quaestio. Distinguatur. In civitatibus, dispensasse, idem foret, ac totam legem sustulisse.

a) Qui Assert. VII. ad exceptionem relata, pro quadam dispensatione venditare vellet, nos non adeo dissentientes haberet.

b) Dispensationum principia sunt quidem varia, de quibus differere hoc loco integrum non est; saepe illa se fundant in specialibus facti & persona; Nollemus suosores in hoc theraate esse, veremur enim, ne mox exceptiones devorarent regulam. Vid. tamen superior casus Malchinentis, & verba Transactionis: *ausserhalb besonders erheblichen Motiven und Ursachen.*

*ASSERTIO XI.*

In Collegiis Professoriis nulla omnino obtinet prohibitio graduum, nec qua cooptationes, nec qua electiones ad officia specialia; Quod ultimum indistincte generale est, qua omnia Collegia.

a) Exercet quidem Collegium Professorum academicorum Magistratus autoritatem, juxta limites cuique Academiae proprios; sed adest diversitatis ab aliis Magistratibus, qua substratum, ratio. Qui Annales Academiae hujus Rostochiensis scrutatur, vel seriem & successionem Professorum in dem Etwas von Gelehrten Rostockischen Sachen, für gute Freunde, volvit, varia observabit exempla fratrum, focerorum & generorum; imo omnium extantissimum in illustribus SCHUCKMANNIS;

E 2

Pater

Pater enim Jctus & filius Theologus simul fuere Professores, ordinarii & Conciliares. Fratrum BARNSTORFFIUM, alterius Jcti, alterius Medici, exemplum, ex hoc seculo est notissimum. Assertio exprimit primo cooptationes; Quod enim ad abstinentiam a voto, communes obtinent veritates.

b) Si alicui qua Facultatem Juridicam exceptionem excolere placeret, nos non haberet plane contrarios. In hac Academia seculo elapso Laurentium STEPHANI, socerum & Henr. RAHNIUM generum, fuisse Collegas in Fac. Jctorum, probant Annales. Alia exempla socerorum substitutos generos præbent, id quod aliquando recensioni literariæ, rubro: *Dem Recht dery substituirten und adjungirten Professorum*, latius exhibebunt. De Inclyta Facultate Juridica GRYPHICA ita GERDESIUS *diff. 10. Jur. Lub. & Comm. Permittunt quoque statuta Ampl. Fac. Jur. in Academ. patria, ut pater & filius, duo etiam fratres in Facultate simul esse possint, hoc addito, quod ad evitandam omnem collusionem & suspicionem, si unus ex illis Decanus est, tunc duo vota non habere, sed tantum unum, imo unus ex illis plane suo voto abstinere & in hujus locum aliquis doctus ac probus Jctus adhiberi debeat. Recte! statutis omnia queunt permitti atque coerceri, quæ mere sunt politica.*

c) Aliam exceptionem, ex fundamentis hujus dissert. in Academico judicio facerem, qua Magnif. Dn. Rectorem & Promotorem. In Concilio mixto nostris & præcedentibus temporibus sæpe visi fuerunt fratres & alii proxima cognatione vel affinitate conjuncti.

d) Secundo, de electionibus ad officia academica specialia fecimus limitationem; Frustra igitur voto carere juberentur proximi cognati; Vincitur enim chorus dissentientium per argumentum, quod quis se ipsum suo queat eligere voto, quoties jam est membrum Collegii, cujus membra singula habent eligibilitatem. Quod eligendus in Rect. Acad. in actu electionis absens sit, moris inviolabilis est apud nos; Promotores sæpe semet ipsos elegerunt; Quod, si duo vel tres

ex

ex Collegio, pari spe & jure, presentantur, omnes Candidati recedere vel abesse debeant, admodum rationabile est.

e) Est officium, ad quod membrum Collegii eligendum, aliquid, si electio non est solius, ceu nonnunquam evenire solet, ceremoniæ, quo casu magis est declaratio quam electio, de genere in medio positorum, unde a silentio & absentia cognatorum in juribus aliis partium & causis justitiæ, ad hunc casum nequidquam argumenti est faciendum.

f) Concordant jura Romana, in Republ. sane adversus vitia statistica circumspiciatissima. *Vid. l. 4. §. 5. & 6. ff. quod cuiusque univ. nom. ubi verba Jcti Pomponii, de cuius ætate. Vid. PANZIROLL. de Clar. LL. Interpr. Lib. I Cap. 43. sunt extantissima: Plane, ut duæ partes Decurionum adfuerint, is quoque quem decernent, numerari potest. Parris suffragium filio proderit, & filii patri. Item eorum qui in ejusdem sunt potestate, quasi enim Decurio hoc dedit, non quasi domestica persona. Quod & in honorum petitione erit servandum, nisi NB lex municipii, vel perpetua consuetudo prohibeat. Legatur BRUNNEM. Comment. ad ll. dd. verbis: Ideoque in Parlamento Pater & filius Senatores esse possunt. Conf. LAUTERBACH. disp. de differ. Jur. Comm. & Hamb. §. 1. ENGELBRECHT diff. de pluralitate votorum §. 24. GERDES diff. exhib. diff. Jur. Comm. & Lub. Cap. I. §. 10. Si quid in his deductis confundi videatur, B. L. consulat ulteriora & habebit ordinemque lucemque.*

## ASSERTIO XII.

In officiis civicis promiscue admittendos esse censemus patres & filios, fratres, & hinc in genere omnes; Excepta tutela, quam patri & filio vel duobus fratribus simul ægré concederemus.

a) Respicimus ad officia Sedecemvirorum, Centumvirorum, Curatorum Ecclesiarum & similibus.

b) De illustrioribus Collegiis sanctioris Senatus Principis & similibus, quis privatus disserere audebit.

E 3

c) Qua

c) Qua ordines sacros nunquam aliquid obmotum fuisse meminimus.

d) Qua tutelas, conf. DD, ad tit. Juris de legitimis Tutoribus omnium ordinum.

### ASSERTIO XIII.

Ultima hujus capituli sit quaestio : Num, qua Syndicum eligendum, nulla obstant impedimenta genealogica.

a) Negatur, affirmatur : Vid. STEIN *l. c.* Sed distinguitur ex jure publico speciali uniuscujusvis loci : Alibi enim Syndici sunt quidem in, sed non de Senatu. Alibi voto promiscuo carent, alibi gaudent eodem. In casu posteriori manebimus in regula Juris, qua Consules & Senatores recepti. Facultas anno 1673. respondit, quod Patris Syndici filius Senator fieri queat. Circumstantiae veriarunt rem, Vid. opus supra ad Aff. VIII Cap. II. all. Resp. LVI.

## CAP. TERTIUM.

DE

### LIMITIBUS IMPEDIMENTORUM, QUAE OFFICIUM EXERCENDUM.

#### ASSERTIO I.

**R**edeunt huc & hic omnia, quae de suspectis dici queunt iudicibus.

a) Occupavimus, per remissiones ad autores classicos, hic dicenda, iam supra Cap. I. aff. Jus Lub. vid. scholia ad assert. II. lit. e.

KOLLI.

KOLLIUS in antiquo opere f. t. Rechts-Buch. tit. 3. van verdächtigen Nichtern: ita: Gelycker Wyse schölen ock ere Magen und Smeger dhou, scil. exire & voto carere; additur tamen limitatio, nisi senatus dispensaverit. Quid vetat renovare antiqva Kolliana verba ulteriora. ex Mserr. Juris Lub. vetustis eruta: Kumpt ein Ordel up dat Radthuß, dat einen Mann esse mehren angeyt, dar schölen Magen und Schwagere affghan, ungenömet unde ungeeschet: bleve von dissen wol besitten, dat schal he dem Rade betern mit 10 fl. Edder he schal dat in den Hilligen schweren, dat he ydt nicht wüßte dat he dartho hörede. Consonantiam Jur. Hamburg. monstrat Dn. SEUMRAGE, in utilif. opere f. t. Memorabilia statut. Lub. & Hamb. Axiom. 2.

b) Gloriosum est, viro egregio, sibi ipsi opposuisse exceptionem suspecti; modo non fiat violenter & ambabus quoties nimirum causa est talis, in qua propter odium quilibet sibi parci vellet, ut taceamus alia.

c) Aliud longè est, in causa justitiæ, inter cives administranda, abstinere, quia non deficiunt alii & supersunt remedia, quam in causis publicis & in causa electionis amici, vbi agitur de felicitate ipsius, nulla appellatione ob defectum juris perfecti, reparando. Man muß sich also nicht so leicht von Wahl als von Justitz-Sachen, die einen Freund angehen, verdrängen lassen. Conf. omnino c. 36. X. de appell. Quod ad limitationem ex l. 67 §. 1. ff. de R. N. nisi par affectionis causa suspicionem fraudis amoveat, mallems ea carere.

## ASSERTIO II.

Qua problema: Utrum membrum Collegii vel Magistratus, eapropter, quoniam non potest judicare pro amico, nec queat causam ejusdem perorare, non ubique idem stylus est.

a) Quid jus Lubecense velit & permittat, vid. in textu Lib. 1. Tit. 2. art. 13. Legatur B. MEVII Comment. qui confert jura varia, & inter alia notanter scribit: *Melius facit quisque*

que Senator & Consiliarius universitatis, si a patrocinio singulorum ab-  
sineat, etiam in aliis universitatis judiciis, ut omnem a se & iudicio  
suspicionem amoliat. Addit Stralsundensem Ordinationem  
indistincte prohibentem.

b) Laudat idem MEVIUS Ord. Jud. Rostoch. tit. 7. §. 8.  
9. 10. quoniam & lites cognatorum coram Collegio, cujus  
est membrum, tractare interdicit Senatori: Verba sunt: *Quod  
laudabili ordinatione iudicaria, Senatus Rostochiensis, aliter dispo-  
situm, quam ob sinceritatem iudicii, qua forte, praesentia viri au-  
toritate eximii, periclitaretur, inter affectus mobiles, proprias cau-  
sas coram senatu agere prohibetur.* Fatetur tandem MEVIUS in-  
directis & mediatis advocacionibus impares esse leges. Me-  
retur inferi textus Rostochiensis, qui est hujus tenoris: *Oder  
jemands in seiner selbst eignen Sachen, welches doch denen des  
Rathes simpliciter verboten seyn soll.* Sermo est de recessibus o-  
ralibus; Quis enim unquam viro prudenti calamum in causa  
propria eripere potuit. Addatur opusculum infer. differen-  
tiarum Juris Lubecensis & Rostochiensis, cujus §. I. ita so-  
nat: *Anfänglich ist im L. R. L. 1. Tit. 1. art. 13. versehen, es  
soll kein Rathmann eines andern Wort vor dem Rath reden, es  
wäre denn, daß er ihm im dritten Grad, gleicher Linien, von  
Blut- und Schwägerschaft zugehan.* Solches haben wir  
in unser Gerichts-Ordnung Tit. 7. Lib. 1. art. 8. 9. 10. so weit  
restringiret, daß denen des Rathes nicht allein in ihrer Freunde,  
so ihnen bis ins dritte Glied gleicher Linie, Bluts- Freund- und  
Schwägerschaft halben verwand seyn möchten, sondern auch in  
ihren eignen Sachen, vor dem Rath zu reden, simpliciter ver-  
bothen. *Vid. l. 25. C. de Proc. Nov. 71. Cof. Lex Claudia  
Romanorum & Legatur LIVIUS Lib. 21. c. 63. AMELOT del  
Govern. de Venetia P. I. p. 31. Quid ORD. JUD. CAMERALIS  
IMP. disponat, legatur P. I. Tit. XIII. §. 13. 15. verbis: So  
ein Beyßer einer Parthey mit Eipfchaft &c. it. Es wäre damit  
daß die Sachen ihrer einen selbst oder diejenigen, die ihm mit  
nächster Eipfchaft oder Schwägerschaft verwandt, antreffen, in  
denen*



denen ibnen zu rathen unverbotten seyn soll. Add. *ORD. SUMMI REG. TRIB. WISM. P. I. Tit. V. §. 10.* it. *ORD. JUD. AUL. POM. de 1569. p. 6. 16. 17.*

c) Qui in prima instantia prohibebatur esse Advocatus, in secunda, extra urbem vel provinciam, admittatur: imo, qui iudex erat in prima, in tali secunda poterit esse Advocatus, Conf. *MEV. l. c & all. FABER.* Qui autem Advocatus olim erat, & jam Assessor iudicii factus, filere debet in causis antea illi commissis; Reguntur omnino in hoc commate omnia iudicia Illustrissimis exemplis *CAMERÆ IMPERIALIS*, cujus *ORD. P. I. tit. 13. §. 13. 15.* verbis: *Ehe sie Beysitzer worden advociret, & JUDICII AULICI IMP. cujus ORD. Tit. I. §. 18.* in substantialibus idem habet, Legantur Ordinationes Meckl. generales & speciales.

d) Quid si in diversis instantiis federint iudices, in inferiori Pater, in superiori filius, vel duo fratres & sic ulterius? Putamus, quod ad solam prudentiam excipiendi, vel semetipsum subtrahendi se referre sufficiat.

e) Prohibebantur de iure Romano viri illustres, causas etiam proprias in iudicio tractare; Ratio est in verbis *Mevianis lit. b.* ubi textus. Concluditur hinc, quod queat Advocatus, absque suo proposito iudicem reddere suspectum. *Recte Dn. D. GREGOR ad textus substratos: Eines angesehenen Mannes Gegenwart thut offi viel.*

### ASSERTIO III

Filius Advocatus non quidem arcetur a limine iudicii, in quo pater gaudet voto; Patris tamen est, abstinuisse, non quidem ab interlocutoriis simplicibus, a mixtis tamen & determinativis omnino. Idem in casu inverfo omnino dabili tenendum.

### ASSERTIO IV.

De Fratribus duobus eadem sunt vera, quae in assertione præcedenti sunt exhibita.

F

Incen-

a) Incenduntur animi, ut arctius teneriusque frater fratrem complectatur, & quod fraternum illud consortium sanctissime retineamus. *l. 11. C. Commun. de success.* Et quamvis aliquando etiam sine sanguinis vinculo & sine originis communione non solum æque facile, sed nonnunquam melius, quam inter fratres societates & confortia colantur: quoniam non casus fortuitus & fors nascendi, sed destinatio & consilium facit amicitias, adeo ut in iungendis colendisque amicitis non tam sanguinis, quam ingeniorum atque morum conspiratione & quasi oeculta quadam consensione imitemur, atque fraterna confortia magis caritate mutua, quam sanguinis propinquitate conjungantur; Duplex tamen vinculum fortius stringit, inter bonæ indolis fratres, quam simplex.

b) Sanctissime igitur subordinatur die gemeine Liebe der Brüder Liebe. Viri Ecclesiastici titulum promiscuum Bruder prudenter, pariter ac vestimentorum antiquorum formas, retinuerunt.

c) De Fraternitate compotatoria ejusque effectibus juridicis, ex professo scripsit Altorfinus Jctus LINCK, *diff. superius laud.* Socios mercatorios *l. 36. ff. pro soc* appellat fratres, & in illustribus emporiis superest inter illos nomen: *mei Confrater.*

d) QVINCTIL. *declam. 3.* eleganter dicit: Qui efficacissime blandiri volunt, amicis fratrum nomine blandiuntur. Et *Decl. 16.* inter illos, qui, a primis ætatibus, in eandem vitam coiverunt, est affectio aliqua & species fraternitatis. *Conf. l. 58. §. 1. ff. de hered. instit.* in genere fratres communibus consiliis regi & mutua consensione inter se conjungi, facile creditur. Accedant hæc corollaria ad deductionem superiorem, de rationibus & stent ubique distinctiones, quas fecimus & contra quemvis tuebimur.

### ASSERTIO V.

Omniū vexatissima est quæstio: Utrum cognatus, quando plane novus Collega vel officialis, coetero  
quin

quin munere haud indignus, & per genealogiam admissibilis, est inter praesentatos, suffragio carere debeat. Nos putamus, quod si in genere dignus quis praesentetur, & nulla obstant impedimenta genealogica, qua ordinem in quem recipiendus, nemo ex Collegio eligente, voro suo privandus sit, quantum scilicet de jure communi: Illibato, non omni ratione destituito, jure speciali.

a) Rationes hujus asserti sunt in adjecto. Liceat nobis uti Responsio vicinae Illustris & singularis amicitiae nexu confederatae Facultatis Gryphicae, dato haud ita pridem versus urbem Mecklenburgicam. Quaestio erat: Ob nicht der Rathsherr Baldus, der mit dem eligendo Titio nahe verwandt, sich des Votirens enthalten müsse? Responsio dabatur affirmativa, ex his verbotenus inferi dignissimis rationibus: Was die Person des einen Rathsherrn Baldi anbetrifft, so hat es damit eine andere (praecesserat quaestio: ob weene Bürgermeister, die zwar unter sich, aber mit dem Eligendo gar nicht verwandt, wol beyde Votiren könten; ad quam resp. tale impedimentum non esse fingendum:) Verwandtschaft, weil derselbe mit dem eligendo wirklich in naher Verwandtschaft steht; zwar ist a) nach den gemeinen Rechten nicht verbotten, daß nicht ein Verwandter in Wahl-Sachen seinem Verwandten sein Votum zu geben befugt seyn sollte, ita ut nec pater filio, nec frater fratri suffragium dare prohibeatur, l. 5. § 6. ff. quod conjuris univers. nom. ibique BRUNNEM. nr. 3. ad l. 4. § 5. LAUTERBACH in Disp. de Differ. Jur. comm. § Hamburg. § 1. ENGELBR. in disp. de pluralitate votorum § 24. Aus Ulfche, quia non ut pater vel frater, seu domestica persona, sed ut decurio dat suffragium, neque in publicis patria potestas attenditur, causa enim publica, quae ad officium magistratus spectant, non sunt causa propria magistratus, quia eas non exercet nomine suo & proprio, sed ut minister publicus & ratione officii sui publici, adeoque ipse iudex in iis esse potest, arg. l. 1. § 11. § 13. ff.

quando appell. atque ita causam publicam iudicii alienam ceteri non propriam indeque in ea iudicari posse in terminis tradunt, GAIL. L. I. obs. 39 n. 2. § 4. MEV. P. V. D. 323. n. 9. COCCEIUS in disp. de iudice in propria causa, th. 9. sequ. da nun b) in causis electionum in Collegio nicht causa privata eligentium, sondern causa publica totius Collegii, nemlich die Besetzung einer erledigten Stelle im Collegio, ventiliret wird, woran ein jeder gleichen Antheil nimt, auch keiner derer eligentium vor andern ein Jus quaesitum vorzuwenden hat, warum diese oder jene Person gewählt oder nicht aenählet werden sol, so lässet sich daher nicht unbillig schließen, daß einer so gar ihm selbst, wenn er mit inter eligentes ist, das Votum geben könnte, ARUMÆUS ad Aur. Bull. Disc. 2. th. 2. LIMNÆUS in J. publ. Z. II. c. 3 n. 70. sequ. Gothofr. DE JENA in disp. An § quomodo aliquis se ipsum eligere aut electioni sua consentire possit. Franc. 1650. Frid. GERDESIUS in disp. de majori parte ejusque prerogativa. Cap. III. §. 3. sonderlich wenn er nicht der ersterer im Votiren, sondern derer vorgehenden auf ihm stimmenden Votis beytritt, LYNCKER. Consult. V. I. conf. 151. n. 3. § 4. folglich würde auch c) in gegenwärtigen Casu dem Raths-Verwandten Baldo nicht verbotben seyn, dem Titio, als seinem Verwandten, sein Votum zu geben; Jedemoch aber, da eben aus denen in rat. dub. angeführten und (scil. ad qv. preced.) weitläufftiger anzutreffenden Gründen, vernünfftige Gesetzgeber beworzen worden, nicht nur zu verbiethen, daß Versohnen, welche bereits Verwandte in gewissen Grade im Collegio haben, nicht dazu cooptiret und gewählt werden sollen, wie dabon MEV. ad. art. 5. ex 7. n. 10. nicht unbillig urtheilet: sinceritati consilij & avertendis suspicionibus utilius esse, si fieri possit, & hominum copia sit, nullos, invicem sanguine aut affinitatis arctioris nexu devinctos, ad seisci in Collegium Senatorum, juxta vulgatum: der Schwieger-Rath thut nimmer guth, Conf. Frid. GERDESIUS disp. de differ. jur. com. § lub. cap. I. §. 10. sondern, wann auch 2) Verwandte, obgleich in weitläufftigen Grad, gewählt werden sollen, so dann die im Collegio inter eligentes befindliche Verwandte aufstehen, ihres Voti sich begeben und so lange in die Hörsammer

Kammer gehen sollen, damit eine freye Wahl seyn möge. Da nun 3) dieses Lübsche Recht nicht nur in einigen Städten in Mecklenburg e.gr. zu Rostock und fast vielfach recipirt und angenommen ist, vid. TORNOV in *Præf. Tr. de Feud. Meckl. WEST-PHAL* in *Tr. de in dolo pract. Jur. Lub. S. 3. p. 7.* Sondern auch 4) in der Mecklenb. Land- und Hofgerichts-Ordnung T. II. P. I. Woran die Nieder-Gerichte und Raths-Collegia ebenmäßig gebunden, versehen, daß nahe Verwandte, bis im dritten Gliede inclusive, nicht zugleich in einem Collegio sitzen oder in ihrer Averbandten Sachen votiren sollen, so läßet sich auch daher schliessen, daß in gegenwärtigem Casu, das eine Raths-Membrum, Baldus, wegen der Verwandtschaft mit dem Eligendo, seines Voti bey der Wahl sich begeben, und desselben gänzlich sich enthalten sollen. Ita illi Viri Celeberrimi. Liceat addere, ad locum allegati Lynckeriani, verba Brunemanniana ad l. 5. ff. quod cujusque univ. Patris, inquit, suffragium filio prodest, & contra per modum adgregationis, dum parti pro filio votanti se adjungere potest. Roman. sing. 813. Enenck. Baro de privil. parent. et lib. c. 13. Conf. quæ habet in cautelis REINKING de R. S. & E. Lib. I. cl. 3. c. 5. n. 26. verbis: electioni factæ potius consentiat. vid. quæ cum Arumæo & Lemulo disputat de LUDWIG ad A. B. tit. 2. S. 10. conf. c. 33. X. de elect. Addatur Consil. XVI.

*Gryphicorum Electorum.*

## CAP. QVARTUM.

### MISCELLANEA QVÆDAM, A THEMATE NON PLANE ALIENA, EXHIBENS.

#### ASSERTIO I.

**N**epotismus fluctuat inter virtutis & vitii Exempla. F 3 a) Pro-

a) Probatio est in superioribus. Distinguuntur quidem casus pro amicis in judiciales & extrajudiciales; Sed bona verba quaesumus. Conf. STRYK. *Exam. Jur. feud. Cap. 5. qu. 7.* verbis: *si cognati idonei & honesti, ibique alii.* Legatur BIT-SCHIUS *de casibus pro amico, & omnino illi nostri* JCTI HERINGII, *Fautoris nostri astumatissimi, mihiq; Praesidi, Collegae conjunctissimi diss. inaug. egregia de Orthodoxia Jctorum, Sect. I §. 23. sqq.* Add. BRUN-NEM *ad auth. Quibuscunque, C de S. S. Eccl.* ubi conscientiae cognatorum commendat negotium. Distinguatur. vid. *Suet. aug. c. 56.*

b) Aut indiget Respubl. legibus, qua nepotismos, aut impar est. Quod temperamentum fieri queat, putamus. Habemus enim mere civilia, multo fragiliori talo innixa.

### ASSERTIO II.

Patriciatus, si nobilitati sanguinis jungitur ea, quae est virtutis, ornamentum est Reip.

a) Patricios inde, quia patres suos ciere queunt, etymologice derivari, salvis aliorum lusibus, constat, vid. CALVIN. *Lexic. Jurid. & RANGER loco mox. cit.* & idem est, quam quod dicitur in vernacula: *Abnen aufweisen können.* Confimiliter Vox: generosus, quae, ex praesumptione pro regula, virtutis habitum significare cepit, venit accipienda, quippe a genere derivanda.

b) Quomodo fiant Patricii, occuparunt alii. Nos mone-mus, quod abusive nonnunquam soleant illi, qui celebres majores numerant, &, quod graviter notandum, opibus ascendentium gaudent, appellari Patricii: Unde nostratium Phra-sis: *He lebet als een groter Patris.*

c) B. LINDENBERG *in Topogr. pariter ac in Chron. Rostoch.* recenset familias Rostochienfes, perpetua successione & gene-ris claritudine felices. Exhibet etiam bis rudes versiculos, quos, sicut fatetur, non venustas, sed vetustas commendat, quorumque primae lineae sunt sequentes:

*De Witten, Wilden, Wälf hebben Hologen,  
Und Schwemmen tho Grenz aber de Ha. 2c.*

Nota-

Notamus, pagum Grens duo milliaria hinc situm esse, & quaerimus an fluviolus ibidem dicatur die Na?

d) De aliis derivationibus vocis: *Patricius*, legatur eruditissima *diss. Fcti Region. RANGERI de Patriciis, hab. 1684.* Est ea thesaurus doctrinarum & allegatorum Historico-politicorum. Conf. *Dn. Ern. Marr. CHALDENII diatr. de iuribus gentilitiis Rom. §. 29.* Ad Historiam diversitatis des Land und Stadt Adels, legatur *Dn. TELGMANNUS supra laudatus, Tr. Cap. I. §. II. f. add. B. Dn. de LUDWIG Jura Feud. Rom. Imp. Cap. VII. ubi §. 6.* de nobilitate litteraria, dem Buch Adels, uti in summariis loqui amat. In genere Nobilitatem allegans, noble vitam vivat Leg. *B. GRASSI diss. de except. nobilitatis utriusque §. nostri suavissimi Fratris §. Pastri, Synd. Rost. meritiissimi Dn. D. C. A. M. A. N. S. & C. E. N. diss. inaug. ad regulam: Frustra leges invocat, qui contra leges committit.*

### ASSERTIO III.

Potest quis se ipsum, vel proximum cognatum, ad quoddam officium compraesentatum, suo eligere voto.

a) Non putandum, hanc assertionem, collatam cum superiori quadam, esse pleonasticam; Ibi enim agitur de persona ex gremio ad officium eligendo; Hic autem de promiscuis aliis electionibus, quales in Ecclesia & Republ. quotidie emergunt.

b) Legatur varia jungens *Gerdesiana diss. de differ. Jur. Lub. & comm. diss. 10.* Syndicum Romanum suo se eligere potuisse voto, jam probatum *per l. 4. ff. quod cuiusque univ. nom.*

c) Omnium illustrissimum exemplum datur in AUREA BULLA & praxi Imperii qua electionem Imperatoris, vid. *A. B. tit. 2. §. ult. & ad illum, de LUDWIG in Comm. lit. m. REINKING de R. S. & E. L. 1. Ch. 3. C. 5. n. 4. 19.* Conf. consultatio super electione Divi LEOPOLDI, f. t. Collegium electorale, de eligendo Imperatore consultans, specialiter typis expressa; ubi alijs addendum exemplum & rationes

d) A praedeliberatione, num quis sit praesentandus, hic vel ille, proximus ejusdem cognatus, rectius nonnunquam exclu-

cluderetur; In actu electionis autem, ut dictum iterum dicamus. & pater filium & frater fratrem poterit eligere. Res ipsa loquitur, fermonem non esse de casu cooptationis in Collegium quoddam, sed de electionibus promiscuis ad varia officia, tam sacra, quam politica; praesertim qua ea, quae ordine aetatis vel alio uni ex ordine veniunt tribuenda.

e) Omnis virtus, qua vocationes officialium in eo consistit, ut praesententur vere eligibiles; Electio ipsa enim non adeo debet ex duobus vel pluribus meliorem, sed unum nominare; Divinitate salva, qua electiones ministrorum ecclesiae, voces votaue populi atque plebis nobis saepe videntur esse de genere casuum fortuitorum. Hinc praesentantium opus laborque est, dasi sie solche praesentiren, die gleich geschickt sind, und bey welchen es auch wol blindlings gleich viel wäre, wer erwählet würde.

f) Quid statuta & mores, recedere jubentes, invexerunt, suo firmatur honore: Quod enim prohibitio civilis hanc assertionem infringere queat, nullum est dubium; Habemus etiam leges, quarum rationes multo sunt macrores. Notentur superiora sapientissima Pomponii verba *Nisi lex municipii, vel perpetua consuetudo prohibeat.*

g) Quid circa clericos ventiletur, num sibi ipsis vota dare queant. Vid. apud BRUNNEM. *Jur. Eccl. Lib. 2 c. 8. §. 17. SCHILTERUM Inst. Jur. can. Lib. 1. tit. 14. §. 16.* ejusque Commentatores etiam Coryphaeum BOEHMERUM. Et alios, in quaestionibus de praesentandis & eligendis.

#### ASSERTIO IV.

Duo fratres in eadem lite partium diversarum patrocinium suscipere queunt.

a) Speciale hoc sibi sumfit thema *Dn. Frid. Aug. KIESLING, Zittav. sub Excell. Dn. CRELLIO Jcto Witteb. in clyto, disputans anno 1743. m. Majo.* Post alias elegantes assertiones atque excerpta, quarum quaedam nostram ingressa sunt assertionem quartam Cap. III. hanc prodidit: *Manus advocatorum, est quasi militia, igitur etiam in illa duo fratres, adversis partibus patrocinari*



*cinari possunt.* Multum iudicis arbitrio permittitur in admit-  
tendis Advocatis. Præmiserat varia, de fratribus in vera militia,  
diversa castra frequentibus, atque hinc nonnunquam ab invi-  
cem trucidatis. Dubium ad medium terminum moveri quid-  
dem posset, quia quaestio præjudicialis, num, salva indagine  
similis, laudandum unquam fuerit, ventilanda superest, sed as-  
sertio ipsa qua Advocatos admitti potest, quamvis, num con-  
sultum partibus, haud negligenda sit quaestio; Unde in cau-  
sis criminalibus, alteri fratri Fiscalis, alteri Defensoris vices con-  
credi nollemus. Movet literatissimus Autor sibi ipsi dubium:  
annon fratribus arma adversa transtantibus obstare videatur  
odium calumniae, gratiae & prævaricationis, additque quod Præ-  
tor ex illis argumentis adduci queat, ut Advocatos a postula-  
tione arceat, *p. l. b. d. ff. de postul.* Pergit, gratiam illam, qua  
fratres intercedit, locum dare suspicandi, ne frater alter be-  
nignius tractet Advocatum adversæ partis, alterum fratrem,  
quo illius negligentia vel incititia tegatur, id quod remissio-  
nem de jure sui clientis in gratiam adversi advocati argue-  
ret. Illustrat hoc dubium, *ex l. 25. ff. de Testib.* in qua Ad-  
vocatio cum testimonio confertur; sed, non obstantibus hisce  
obmovendis, in sua persistit sententia, putans, quod æmulatio,  
alens ingenia plerumque in illis negotiis, ex quibus gloria peti-  
tur, animos queat accendere, ut gratiæ conjunctionis & amici-  
tiæ obliviscantur. Concludit tamen scitissime: *si alter frater*  
*rem, propter fratris adversarii gratiam segnius tractare aut tergi-*  
*versari videatur, poterit jubere prætor, ut alius substituatur.* Ex op-  
posito fratrem invitum non posse cogi, ut patrocinium præ-  
beat, adversus illam partem, cujus Advocatus est frater, recte  
adstruit, argumento usus a testimonio, ad quod nimirum fra-  
ter cogi nequit, si fratris salus aut commoditas periclitatur, *l. 4.*  
*ff. de Test. coll. leg. specialioribus 21. 22. 23. ff. de procur.* sta-  
tuit, pudorem Advocati, qui vel fratris sui victoriæ & gloriæ  
obstare, quod inter Advocatos fere necessarium est, vel apud  
alios in suspitionem incurrere non vult, quasi fratris sui gra-  
tiæ aliquid dedisset. Concludit cum exceptionibus, si e. g. duo  
G tan.

tantum, quos sufficere dicit: *l. 19. C. de Advoc. divers. jud. in eodem loco*, vel duo sint celebriores, vel ut *l. 7. C. de postul. habet, fama hilariori commendentur.*

b) Quid si pater & filius sint diversarum partium Advocati? Nos, ex consiliis prudentiæ, neque patrem neque filium commendaremus: De jure & ex officio neutrum tamen arceremus, donec exceptio ex exemplo resultaret.

### ASSERTIO. V.

Quando Pater vel Avus est iudex, vel membrum Senatus, filius tamen non impeditur esse Secretarius: Idem in casu possibili inverso & quibus vis hinc aliis statuendum: Quia Advocatos, in utroque possibili majus dubitandi quidem videtur nasci pondus; sed, quoniam, vel suspensio voti, vel transmissio actorum everticulum potest fieri suspicionis, (*Legatur. diss. MÜLLER de everticulo suspicionis,*) non est ut arceamus alterutrum. Idem dicendum de soceris & generis, de fratribus & multo magis de remotioribus cognatis vel affinibus.

a) Quandoquidem Secretarii tantum expediunt decreta, nulla excogitari poterit prægnans, quæ obstatet, ratio; Accedit praxis multarum curiarum, ubi Senatores, vel Consules, simul sunt Secretarii: Imo in genere statuendum, quod iudex queat simul esse Secretarius; id quod anno 1734. m. Nov. Facultas ad causam v. K. contra v. M. decidendo deduxit, in summo Tribunali, quorsum cum investivis devolvi volebat processus, confirmationem experta.

b) Si in quodam Collegio Secretarius habet votum, diversum statuendum, vel restrictiones, quæ voti libertatem, esse faciendas, per superiora sit evidentissimum.

c) Qua advocatos, ex assertionem ipsa patet quid requiramus: Et, quæ Patres & filios sanctius idem observari volumus, quam quæ alia remotiora vincula.

d) Membrum Collegii non posse, ut causidicum, causas tractare coram eodem Collegio, exceptis propriis & proximo-

rum

rum sub anathemate passim esse prohibitum, remittendo ad superiora, iterum tangimus.

### ASSERTIO VI.

Non potest minister ecclesiæ sibi ipsi sacram administrare coenam, uxori autem & libèris impertiri absolutionem & quæ sequuntur, licet quidem, sed consultius, extra casum necessitatis, alii committitur. Proprium autem baptizare infantem, proprio filio filiæve facere hierologiam nuptialem, plane nulla vetat religio.

a) Amplissimum hæc de quæstionibus prostat Responsum utriusque hujus Almæ Facultatis, Theol. & Jurid. in *selectis Jurid. Rostoch. fascic. 2. spec. 15.*

b) Filio suo impertiri potestatem ordinis: Filium suum creare Doctorem, vel ad quodvis aliud munus investire, ne quidem a lepidis ingeniis in controversiam poterit vocari.

### ASSERTIO VII.

Filiis adjungendis & succedentibus nullum obnoveri potest genealogiæ impedimentum.

a) Exceptio politica fieri tandem posset, si videatur invalescere velle opinio, officium esse hereditarium.

b) Est in regula quædam prudentia & pietas in electione filiorum, bono parente dignorum, quorsum respicit etiam jam suo tempore Imperator in l. 13. C. de advoc. 1. add. l. 3. §. 5. C. de Advoc. 2. Legatur Hier. ALTAMIRANUS, de muneribus continuandis in filios recordatione parentum, Madriti 4. Litteratoribus ignotum non est sched. LUDOV. de filiis & generis, patribus vel soeris succedentibus.

c) Conf. LINCK diss. de impetratione officii per matrimonium, Althausen. Quæ quod caput quamnam attendendæ veniant cautelæ vid. ex Ord. Eccl. Meckl. in Præsidis Medir. ad ff. Sacras, ad dictum Ezech. XLIV. 22. Fiat ita, ne multi incidant in facta tristitia, ex actis observata, Pastoris illius, ad supplementa diss. de malis eruditorum uxoribus referendi, cujus uxor nempe eidem consilium abeundi impertiri volebat, verbis: De

Parre

Paare is myn, gob du her, dar du her Samen bist. Conf. tumultus rusticani Mecklenburgici, occasionem articulo Reyerfali-um, de non statuendo jure emphyteutico, prabentes.

### ASSERTIO VIII.

Notarii fidem minuit, si a proximo cognato requiratur.

a) Notarius propria instrumenta vidimare nequit, vid. *dist. BECKII de Vidimus §. 5.*

b) Quod Advocatus, qui simul est Notarius, non possit se ipsum requirere, defendimus adversus quemcunque dissentientem.

c) Quod pater filium, frater fratrem & porro in gradibus proximis, cognatus cognatum nequeat requirere Notarium, pater in nos recipimus.

d) Lepide aliquando venit in quaestionem: Num Comes Palatinus proprium queat legitimare spurium? Nos negamus.

### ASSERTIO IX.

Num quis duobus votis in uno Collegio queat gaudere, illustris est quaestio.

a) Vid. scriptum f. r. ob ein Chur, Fürst könne zwey Chur Fürstenthümer haben.

b) In judiciis in regula negandum: salvo decisivo quod Praesides & in Facultatibus Decani habent. Claudat agmen

### ASSERTIO X.

Politicus sit sine uxore.

Verum, non contra conjugium, sed contra communicationem arcanorum & partium officii resignationesque promissas litterarum ingestionesque in hoc dictorio militari, quis est, qui nesciret Legantur scriptores de casibus illustrium tragicis.

Addatur S. R. Dn. HEUMANN  
im politischen Philosopho. Cap. IV. §. 32.

SOLI DEO GLORIA.

PRÆ-

PRÆSIDIS PARENTISQUE  
ALLOCUTIO,  
AD FILIUM, RESPONDENTEM  
ET CANDIDATUM,

**P**rogramma, Tuæ, *mi Fili!* dissertationi præfigere nolui: Si-  
ne omni autem epistola dimittere te nequeo. De stu-  
diis tuis in illa differere, non est mearum partium: Di-  
cant alii, si aliquando laudem mereberis. In admonitiones  
igitur hunc colophonem vertere lubet. *Prima* illarum sit:  
DEum cole & memento, quod DEum timentibus omnia pro-  
sperè cedant. Experieris equidem, quod & tantum non Athei  
floreant, sed attende ad finem & non te fallat dilemma. *Secun-  
dam* regulam hanc cape: Honora superiores, inque licitis & ho-  
nestis obediendo gloriam etiam quare atque fidelitatem prom-  
ptitudinemque exerce: Nosti, quid sentiam de Viris, qui, vel  
qua facta, vel qua verba, vel etiam qua tempora & horas quid-  
quam in se desiderari patiuntur. *Tertio*: Labora strenue! vi-  
disti a teneris, quam alienus ab otio fuerim: Ars est longa  
& vita est brevis: Limites laborum iudiciorum pariter ac a-  
liorum sunt amplissimi. Non autem de operationibus suc-  
cessive oblati tantum te admoneo, sed labores in studiis ge-  
nerales & ad quævis expedienda & ad quosvis casus in tua sphæ-  
ra possibiles, intendo; Ut taceam, varia etiam esse discenda,  
quorum forte rarior, elegantior tamen, dabitur usus: Quæ non  
instruunt, ornant tamen, & quamvis paucioribus placeant hæc  
& alia, nosti tamen proverbium de amaricino. Cura, ut res  
& verba tibi sint in promptu, impedimur enim, rerum etiam  
scitissimi, si verborum destituimur copia. Vana autem pari-  
ter est eloquentia absque scientia: Utraque nihil est absque  
conscientia & bonis moribus. Nosti, quales mihi sint bestię,  
eruditi sine pietate & sine moribus, quorum in numerum maxi-  
me refero arrogantes, quamvis ex rebus optime gestis notissi-  
mos.

mos. Quid ergo de aliis sentiendum? Ingenio soli te nunquam committe, nec puta, dotes naturales ubique supplere vices eruditionis. Erubescendum est sæpe ingeniosissimis, nullis solidis argumentis & testibus, inter eruditos probatos, stipatis. Nosti, quantæ nullitates juridicæ etiam cum rationibus problematicis committantur. Pares mihi nonnunquam videntur Jureconfulti, Respubl. ideales fingentes, nec ad historico-politicas determinaciones respicientes, iis Philosophis, qui in rebus divinis qua salutem æternam meditantur, economiæ divinæ revelatæ immemores. Sint tibi familiares optimi Autores, nec tibi compara amplam Bibliothecam pulverulentam absque Lectore: Præstat enim Lector arctioris quidem, selectioris tamen apparatus librarii. Pergo & quartò te admoneo, ut viris cordatis placuisse, impiis autem scurris displicuisse laudè tibi fore proponas. Observa etiam ubique auribus oculisque eos, quos ab homicidiis linguæ & calami famosos esse expertus es, vel experieris. Data fuit tibi occasio, multos maximos atque medioximos observare. Conserva bonorum favorem: Reliquos instar cotis habe, dissimulando recteque agendo. Labores sequentur præmia, & quo minora sudoribus & enumerationibus eorum affectabis, eo majora te sequentur. Nihil ergo age solius gloriæ studio, sed omnia tanquam ex officio. Qua praxin, quæ tibi aridè videtur, memento, ex Collegio nuper absoluto, distinctionis cautelarum, in tres classes, solidarum, suspectarum & spuriarum. Lubrica in externis & internis est praxis & quo magis facta est aurea, eo magis sæpe peccatum fuit. Quas virtutes coeteroquin cum omnibus communes habere debeas, ex regulis atque exemplis ulterius discè. Tribus: Cordati viri famam aucupare & esto. Dei Benedictio & parentum, quibus, quod solum in laudem tuam dissimulare nequeo, nunquam in hunc diem indignandi occasionem præbuiti, apprecatio, te omnis generis felicitate, in gradu comparativo, beet atque ornet. Omnibus tandem bonis te commendo, sed cum clausula: *vid. SUE TON. Aug. c. 56.*  
Dab, Anno MDCCLXIV. d. I. Junii.








ULB Halle  
003 856 674

3







19  
17444

P. 200

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
DE  
IMPEDIMENTIS  
GENEALOGICIS,  
QVA  
OFFICIA PUBLICA.

AD  
ORD. JUD. AUL. PROV. MECKL. & JUSLUB.  
QVAM,

DEO CLEMENTISSIME JUVANTE,  
INDULTU INCLYTI JURECONSUL-  
TORUM ORDINIS,  
IN ACADEMIA PATRIA,  
PRÆSIDE

PARENTE SUO VENERANDO,  
DN. ERN. JO. FRID. ~~SEMPER~~  
JCTO. COM. PALAT. CÆSAR. & FACULT. JUR. SENIORE  
ATQVE AD H. A. DECANO,

ANNO MDCCXLIV. D. XI. JUNII,  
IN AUDITORIO MAJORI,  
HORIS ANTE- ET POST-MERIDIANIS,

PRO LICENTIA,  
IMPETRANDI SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES,  
DEFENDET,

CASP. CHRIST. MARZEL,

ROSTOCH.  
ACAD. & FAC. JUR. SECR. ADJ.

ROSTOCHII,  
Typis JO. JAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

